











Re. 135<sup>g</sup>





TRACTATIO  
DE  
FORO  
HEREDVM  
COMPETENTE

ET  
MORTI

JOHANNIS GOTTL. SCHWARZ.

ANNO MDCCLXXII.

IN  
VINDOBONAE.

11A









TRACTATIO  
DE  
FORO  
HEREDVM  
COMPETENTE

PRAXIN  
DOGMATI  
CONTRARIAM SOLIDE EVVLSVRA.

A

HENR. ELIA GOTTL. SCHWABE.

---

EDITIO II. VBIQVE AVCTIOR ET  
EMENDATIOR.

---

GISSAE ET LIPSIAE,  
APVD IOANN. CHRIST. KRIEGER,  
MDCCLXXXIV.

TRAGTATIO  
DOMINI  
EXPOSITIO  
HERVEDAM  
COMPETENTE

KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE

HERR. ELIA GOTTL. SCHWARZ

EDITIO IN FINEM ACTUM ET

ERRATA

GISSAE ET LIPSIAE

ALD. IOANN. CHRIST. KRIBBER

MDCCLXXV



DOMINIS DOMINIS,  
EXCELLENTISSIMO,  
PERILLVSTRIBVS,  
GENEROSISSIMIS, ILLVSTRIBVS,  
PERDOCTISSIMO DOCTISSIMISQVE,  
Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis Con-  
filiario actuali intimo et Regiminis Cancellario,  
Regiminis Confiliariis intimis, Confiliario au-  
lico, Regiminis Confiliario, Regimi-  
nisque Adfessoribus.

*Dominis meis pergratiosis ac venera-  
tissimis.*

DOMINUS DOMINIS  
EXCELLENTISSIMO

PROFICIS  
GENEALOGICIS

REPUBLICAE  
CONSTITUTIONIS  
SACRAE

DOMINUS MEIS  
DOMINUS MEIS





DOMINO,

*Excellentissimo, Perillustri, Per-  
doctissimoque,*

D. ACHATIO LUDOVICO  
CAROLO SCHMID,

Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis Con-  
filiario actuali intimo, nec non apud Re-  
gimen ducale Cancellario etc.

Domino meo gratioso ac veneratissimo.

DOMINO,

*Perillustri Doctissimoque,*

WILHELMO EMANVELI  
GOTTLIEB. HETZER,

Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis Consi-  
liario apud Regimen ducale intimo, nec non  
apud Consistorium supremum  
Consiliario etc.

Domino meo veneratissimo.



DOMINO,

*Perillustri, Generosissimo Doctissi-*  
*moque,*

IOHANNI FRIEDERICO  
de KOPPENFELS,

Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis Consi-  
liario aq̄ud Regimen ducale intimo, nec  
non Directori Comitali  
Ienenfi etc.

Hereditario, Feudali et Iudiciario Domino  
in Rohrbach etc.

Domino meo gratioso ac veneratissimo.

DOMINO,

*Perillustri, Generosissimo Doctissimoque,*

ERN. CAR. CONSTANTINO  
de SCHARDT,

Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis  
Consiliiario apud Regimen ducale  
intimo etc.

Domino meo gratioso ac veneratissimo.



DOMINO,

*Perillustri, Pergenerosissimo*

*Doctissimoque,*

FRANC. PAVLO CHRISTO-  
PHORO LIBERO BARONI  
de SECKENDORF,

Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis Prae-  
fecto Camerae Clauigero, nec non Consiliario  
apud Regimen ducale aulico etc.

Hereditario, Feudali et Iudicario Domino  
in Ebenet et Unteraltenbernheim etc.

Domino meo pergratioso ac venera-  
tissimo.

DOMINO,

*Illustri Doctissimoque,*

CHRISTOPHORO GOTT-  
LOBIO VOIGT,

Serenissimi Ducis Saxo - Vinariae Regentis apud  
Regimen ducale Consiliario, nec

non Archiuario in-

timo etc.

Domino meo veneratissimo.



DOMINO,

*Perillustri, Generosissimo Doctissi-  
moque,*

CAR. FRIEDER. WILHELMO  
de MANDELSLOH,

Serenissimi Ducis Saxo-Vinariae Regentis apud  
Regimen ducale Adessori, nec non Nobili  
aulico etc.

Hereditario, Feudali et Iudiciario Domino  
in Eckstedt etc.

Domino meo gratioso ac veneratissimo.

DOMINO,  
*Illustri Doctissimoque,*  
TRAVGOTT LEBRECHT  
SCHWABE,

Serenissimi Ducis Saxo - Vinariae Regentis

apud Regimen ducale

Adessori etc.

Domino meo veneratissimo dilectissi-  
moque Cognato.



DOMINI DOMINI!  
EXCELLENTISSIME,  
PERILLVSTRES,  
GENEROSISSIMI ILLVSTRES,  
PERDOCTISSIME DOCTISSIMIQUE!

*Domini mei pergratiosi, ac veneratissimi!*

**P**ost ea quam libellum meum germanice, de *Succeſſione inter Virum et Vxorem etc.* compositum, inclytissimique Perilluſtris Domini Iuſtitiæ



tiae Confiliarii ducalis intimi ac Pro-  
fessoris WALCHII praefatione exor-  
natum, Serenissimo Duci, CARO-  
LO AVGVSTO, Domino meo  
gratiosissimo, Vinariae clementissime  
Regenti, submisſe dedicatu rediſſem;  
iam diu in animo mihi fuit, VESTRIS  
PERILLVSTRIBVS ILLVSTRIBVS-  
QVE NOMINIBVS proximum deuo-  
tionis ponere ſimilis generis monu-  
mentum: Et parum aberat, quin me-  
as item germanicas *Accessiones ad Or-  
thographiam Germanorum etc.* tanquam  
nimirum proxime editas, propoſito  
ſacrificaviſſem; niſi partim mea guſtus  
de hac re paſſim ancipitis meditatio,  
partim inſtituta rei ipſius nimis exi-  
guae ac praeterea germanicae tantum  
compositionis contemplatio pium pro-  
poſitum tum diſtraxiſſet.

Post-



Posthaec quidem varias etiam Elaborationes, ad maectandum dedicatione destinatas, triste hic loci Aduocaturae meae otium iussit absolui, sicut: *Epitomen practicam de Notariis et Comitibus Palatinis etc*; *Prolusionem universi Academiae iuris etc*; *Specificationem Anti-Hommelianam (de ovo quod alterius gallina incubauerat; vbi bonus HOMMELIVS in Rhaps. obs. 546. et in Pertinenzregister Einleitung S. 17. accessionem ex gallina naturalem, nempe quasi foeturam, cum accessione specificationis artificiali pertinaciter confudit) et alias; quas nibilo tamen fecius, partim e meditatione dubitante partim cetero fato, scopo dicare impeditus sum.*

Interea, postquam sequentem *Tractationem de foro heredum competente etc.* ex fru-



frustulis eiusdem argumenti, fortasse  
aeque utilis ac difficilis, quondam iam-  
iam congestis, cum idiomate latino  
excusam tum lectu prae illis saltem *Ac-  
cessionibus etc.* commendatius compo-  
sitam, secunda vice restauravi; quo  
minus eandem = inprimis quod haec  
etiam materiam illius *Successionis etc.*  
**SERENISSIMO DVCI** obla-  
tae aliquali cognatione iunctam attin-  
git ac prosequitur = **VOBIS** Serenif-  
simi locum tenentibus in memoriam  
submissionis offerrem votaue red-  
derem, nil amplius obstitit; praeter  
quam quod iterum **BRUNNEMANNVS**  
ille inclytissimus per verba, quae in  
*Comment. ad Cod. Lib. I. tit. 14. ad  
L. I. verb. Quodsi voluntas etc.* aliquo  
quidem momento mihi occurrerunt:

„Quodsi



„ Quodsi voluntas legis sit in *Thesi*  
„ dubia et obscura, consulendum  
„ esse legis auctorem, Imperato-  
„ rem (Principem) quodsi autem  
„ in *Hypothesi* dubium, an casus  
„ nempe praesens ad legem perti-  
„ neat, interpretationem esse lu-  
„ risconsulti et iudicis, cuius tamen  
„ non esse legis mentem egredi“;

paene a toto Dedicacionis huius insti-  
tuto deterrere me visus fuisset: quippe  
quidem haec iuxta dicta tanti viri =  
cum hac sequenti mea Tractatione le-  
gem quamdam, nimirum *Legem* 19.  
*ff. de iudic.* prolixè in *Thesi* explicando  
absolui, quid? quod vobis Imperatoris  
seu Principis locum tenentibus eandem  
dictae legis explicationem dedicaui =  
forte nimis audacter conatum esse me-  
cum reputaueram.

)

At,



At, cum ipse idem BRUNNEM. cit.  
loc. ad L. II. supra effatum eo usque  
cum iuris auctoritate declaret: ut nem-  
pe legis tantum *nouae* (quae nimirum  
inueterato vsu non adhuc stabilita est,  
L. II. Cod. de leg. et constitut. iunct.  
L. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. ff. de  
leg. senatusque consult. et long. consue-  
tud.) interpretatio a Principe petenda sit  
authentica, atque aliàs etiam Iurecon-  
sulti ac Iudices de vero legis obscurae  
sensu disputare et probabiliter et salua  
potestate Principis eam interpretari va-  
leant; sicut praeterea id postremum  
triplex illa de interpretatione sane non  
inanis doctrina, in qua *doctrinalis* aliàs  
plane frustra collocata foret interpreta-  
tio, summique Doctores pariter inter-  
pretantes omnino forent puniendi, satis  
mihi confirmat; quo multo etiam li-  
berius facit stabiliens HOMMEL. in  
Rhaps.



*Rhaps. obs.* 439. sic et me dictam *L.* 19.  
*ff. de iudic.* hic locorum in *Thesi* doctrinaliter interpretando non esse vituperandum certe mihi persuadeo; quum partim non *nouam* praesentem, utpote quae ab *VLPIANI* iamiam temporibus vsu, quamuis vario, inualuit, interpretatus sim legem, partim non nisi exempla Doctorum frequentissima imitatus.

Quo vsque ceterum, pro exiguis subsidiis meis litterariis ex voto obtinuerim; Lectorum est iudicare: Per inscriptionem more plurium Scriptorum ignoscendo paululum fidenter (haud arroganter) Lectores allicere studui, et ut libelli interna = allegationibus non magis splendidis ornata, quam potius cuique Practico inprimis Tyroni utilissimis suffulta = illi inscriptioni respondeant vehementer saltim optarem: sin minus  
atti-



attigissem; tanto magis, quibus dicaui,  
Vobis id libelli periculum facientis me-  
que ipsum in *Gratiam* commendatum  
habuisse mihi est opus, cuius ergo  
supplex dedicat

*Perillustrium, Generosissimorum,  
Illustrium, Vestrorum Nominum*

**Ilmenauiae**

Calend. Octobr.


MDCCLXXXIII.

Cultor humillimus

**HENR. ELIAS GOTTLOB.  
SCHWABE.**

S. I.





§. 1.

**V**trocunque modo, siue per iura successio-  
nis ab intestato, siue mediante  
quouis testatoris dispositione, delata  
sit hereditas; prius nulla ratione (sicut pluri-  
bus etiam infra verbis probabitur) debita  
praestationesue a defuncto relictas praestare  
oportet heredes, quam hi delatam sibi here-  
ditatem certe adsumserint seu susceperint.  
BOEHMER. *de Action. sect. 2. cap. 3. §. 70.*  
iun&. LAVTERBACH. *Compend. ff. lib. 29. tit. 2. post quod etc.*

A

§. 2.



§. 2.

Quae eadempue hereditatis adsumtio seu  
susceptio aut VERBIS, hodieque plane info-  
lemnibus atque arbitrario quouis nutu gestuae,  
quorum alterutro vspsiam seuere ac clare sig-  
5 nificamus:

Quod delatam nobis adsumere  
velimus hereditatem;

aut FACTIS, i. e. actuali adsumptione here-  
ditatis eiusdemue vel minimae partis, e. g:

10 Quodsi delatae hereditatis vesti-  
mento aut vtensilium quodam,  
siue ad vtendum siue ad venden-  
dum siue ad donandum siue ad  
15 quamcunque voluntariam dispo-  
sitionem, potiri, seu quodsi a-  
gros locare, aedes habitare, de-  
bitoribus hereditariis spatia pro-  
rogare, aliudue, quod non nisi  
dominum deceat, agere cona-  
20 remur;

fieri lubet. Illa, verbis nimirum gestuae  
facta hereditatis adsumtio, Hereditatis  
Aditio, et quidem in specie (siquidem here-  
ditatis



ditatis aditio, in genere, omnis generis ad-  
fumptionem hereditatis denotat) haec vero,  
actualis nempe hereditatis susceptio, Pro  
Herede Gestio in specie nuncupari solet,  
§. 7. *institut. de hered. qualitat.* Ceterum 5  
pariter in specie heredum quasi cognomine  
suorum Pro Herede Gestio, Hereditatis  
Immixtio, heresque suos immiscere  
se hereditati aliàs dicitur: Sed hodie parui fa-  
cimus eiusdem generis logomachiam, propter 10  
ea quod nostris temporibus Hereditatis  
Immixtio heredum suorum, extraneorum  
Pro Herede Gestioni, re vera effectū-  
que totaliter equiparata est. HEINECC.  
*academische Reden lib. 2. tit. 19. §. 600. verb* 15  
*Ferner ersehen wir auch daraus, etc.* Ratione  
aditionis (in genere) hereditatis per procu-  
ratorem hodie licitae, *vid. HEINECC.*  
*citat. loc.*

§. 3.

Quoniam autem vtriusque generis here- 20  
ditatis adfumptio, dictaque aliàs susceptio seu  
acquisitio, est quoddam, quod magis vera  
animi intentione, quam apparente ver-  
borum actuumve specie (qua nempe quaedam  
hereditatis aditio vel pro herede gestio argui 25  
possit) nititur; *L. 20. pr. ff. de acquirend.*

A 2

vel



4 *Tract. de foro hered. competenz.*

*vel omittend. heredit.* inde sequitur, vt, quamvis heres actu primo seu iure potentiaue talis, vt aiunt, i. e. cui hereditas quaedam, siue testato siue intestato, delata est, se pro herede  
5 apparenter secundo actu gesserit, atque hereditate delata sic vere potitus videatur, eiusmodi homo neque eo magis heres actu secundo certissimus haberi possit; cum fortassis factum esse possit, vt plane ex alia ratione  
10 intentioneue, ac nos apparentia gestiois docere visa (se nempe certissime pro herede gerere velle) hereditate eiusue parte fuerit potitus. *L. 20. et L. 62. ff. de acquirend. vel omittend. hereditat.* Cum tamen ex eiusmodi  
15 actuali hereditatis delatae partisue eius administratione, aut si heres actu primo talis se actu specioso secundo heredem ore factoue quidem, sed non animo atque intentione, professus fuerit, praegnans hereditatis aditae vel  
20 pro herede gestiois oriatur praesumptio; §. 7. *institut. de hered. qualitat.* BERGER. *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. ib. 49. n. 2.* talem speciosum heredem causam saltem probabilem aditionis gestioisue apparentis allegare ac probare aut  
25 saltem, deficiente probationis medio ordinario, suo vt plerumque fit iuramento adferere oportet. CARPZOV. *part. 3. const. 14. def. 22.* BERGER. *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. ib. 49. n. 2.* Et tunc vt his factis causatas soluere  
30 debeat tam iudiciales quam extraiudiciales extra-



traudiciales expensas, nec non hereditate ab-  
stineat restituatque consumpta, necessaria mihi  
videtur esse consequentia. Quo circa ille BER-  
GER. *loc. citat.* sapienter monet, vt, ad eui-  
tandas huiusmodi inconuenientias quilibet §  
heres (potissimum suus) qui in hereditate de-  
lata, vt ego opinor, vltra respectiue 9. vel 30.  
diem, remaneat, aut aliàs pro herede appa-  
renter se gerere coeperit, statim de causa  
remanfionis et nolle se reputari heredem, pu- 10  
blice protestari necessum habeat.

§. 4.

Prius itaque quam, quibus hereditas quae-  
dam delata est, eam eiusue partem hi sibi aut  
verbis aut factis adsumserint, ab vlllo, qui de-  
functum sibi habuit obligatum, id circa in ius 15  
vocari nequeunt neque debent; BOEHMER.  
*de Action. sect. 2. cap. 3. §. 70.* LAVTFR-  
BACH. *ad ff. lib. 29. tit. 2. verb. Post quod*  
*actu primo etc. §. 7. institut. de hered. quali-*  
*tat.* Namque nostro casu heres tanquam he- 20  
res, non eo quod ei hereditas nude delata  
est, sed eo quod hereditatis aditione, immix-  
tione, pro herede gestione, vna cum de-  
functo obligato eademque persona factus in  
iure fingitur. *Nouell. 48. praefat. vid. BER-* 25  
*GER. Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 49. II.*  
Quodsi itaque heres, licet actu primo, here-  
dita-



ditatem alterutra ratione nondum adierit; cum defuncto necdum vna eademque factus est persona; nec potest consequenter tanquam heres vadimonium obire cogi. Attamen si  
 5 nec annum illum deliberationis sibi, quod licet, heres reseruauerit, neque aliàs mentem vel adeundae vel repudiandae hereditatis aperire velit; creditor, defunctum obligatum habens, illum coram quo actio competenter  
 10 instituenda iudicem:

Vt nempe hic certum tempus seu terminum adeundae, sub poena praecclusi, praefigeret heredi ancipiti;

15 communi iure post 9. Saxonico post 30. diem implorare non defenditur. *LVDWEL. Exercitat. ad institut. disputat. 9. th. 7. litt. F. L. 23. §. 1. ff. de hered. instituend.* Quum vero nudaе citationes, intimationes, resolu-  
 20 tiones, communicationesque re vtique non polleant iudicata; *101. titul. Cod. comminat. epist. programm.* inde notandum venit, heredi, spatio sub poena praecclusi dato non attento, nihil eo secius, vsque dum lata desu-  
 25 per fuerit sententia legitima rem iudicatam nacta, adire hereditatem licere. *MEVIVS part. 8. decis. 58.*



§. 5.

Et quondam licet sui heredes atque extranei multum ab inuicem discriminarentur, vsque eo vt suis delata hereditas necessario adeunda (quod immiscere, non adire, aliàs vocant) fuerit; illud tamen discriminis, tam in re quam in nomine, iam diu cessauit, vt sic omnes et singuli cuiusuis generis heredes in hoc hodie extranei reputentur. LVDOVIC. *ad ff. lib. 29. tit. 2 §. 1. iunct.* HEINECC. *academische Reden lib. 2. tit. 19. §. 600. verb. Ferner ersehen wir auch daraus etc.* Quae assertio insuper eo minime euellitur: quod nempe neque eo magis sui et omnes, quos his equiparandos heredes recenset SCHVLTES in *Addit. ad MODESTIN. PISTOR. part. 4. quaest. 131.* delatam hereditatem, absque praeuia aditione (minus vero extranei) ipso iure in se ipsorumque porro heredes transferrent; *vid. CARPZOV. part. 3. constit. 14. defn. 23. n. 3.* Haec enim ipso iure licita hereditatis translatio eo nititur beneficio ac proficiscitur: ne scilicet hereditas, suis quidem heredibus existentibus sed, ante hereditatis aditionem seu immixtionem, diem supremum obeuntibus aut aliàs impeditis, quo minus adeant, fisco obtingeret. CARPZOV. *part. 3. const. 14. tot. def. 23. iunct.* LVDWEL. *Exercitat. ad institut. disputat.*



*disputat. 8. th. 4. litt. d. et e.* Quin igitur id beneficii in alios damni casus detorqueatur, minime decet; *arg. L. 6. Cod. de legib.* inde sequitur, vt sui aequae ac ceteri omnes heredes — ante quam tanquam heredes in ius vocari queant — hereditatem delatam verbis sibi factisue adlumisse debeant. *Vid. sup. §. 1. 2.*

## §. 6.

Notum est praeterea, quod iure Saxonico  
 10 illa regula: hereditatem non aditam nec ad heredes transferri; auctoritate careat, sed quod potius omnis generis extranei ab intestato scilicet heredes (minus illi testamentarii vel ex testamento successuri, LVDOVIC. *ad ff. lib.*  
 15 29. tit. 2. §. 6.) hereditatem semel sibi delatam, sicut sui, absque praeuia aditione aut pro herede gestione, ad ipsorum heredes ipso iure transmittant. RICHTER. *part. 1. decis.*  
 67. n. 26. et LVDOVIC. *cit. loc.* Quam  
 20 consuetudinem fauorabilem in genere, con-  
 sequenter et extra Saxoniam, nostris temporibus obtinere testantur CHRISTIN. *volum.*  
 4. *decis.* 22. n. 3. STOCKMANN. *decis.*  
 131. n. 4. SCHILTER. *ad ff. exercitat.*  
 25 38. §. 144. Neque eo magis hoc consequentiam aliqualem: vt nempe, heredibus in genere hereditatem ab intestato delatam ad succedentes



cedentes suos ipso iure deuoluentibus, contra illos consequenter tanquam heredes actio competeret ipso iure et absque praeuia aditione siue gestione; promere audeamus, quin omnino nosmet ipsos falleremus,

5

§. 7.

Quod attinet possessionem hereditatis, huius occasione monere mihi permiseris, quod quidem ipse BERGER. in *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 49. II.* recte aduersus CARPZOV. *part. 3. constitut. 9. def. 27. n. 6.* ROES-  
LER. *de success. heredit. sect. 4. decis. 7. n. 18.* HAHN. ZOES. etc. probare studuerit: possessionem hereditatis sine corporali apprehensione actuumque exercitio, i. e. ipso iure, nunquam adipisci posse. Et quamuis hic Do-  
ctorum dissensus incertitudinem gignere videatur; ille eo tamen, ut reor, facillime conciliari poterit dissensus, ut nimirum CARPZOV. eiusdemque clientum opinionem apud Saxones valere concedamus; quippe qui in pluribus etiam rebus Romanis mitiores apparent; et quoque ubi locorum sic stet consuetudo; vid. HEINECC. *academische Reden lib. 2. tit. 19. §. 600. verb. Da auch ferner in Deutschland etc.* HAHN. in *Not. ad tit. ff. de acquir. hereditat. n. 6.* ZOES. in *Commentar. ad ff. dict. tit. n. 12.* contra ut BERGERI

A 5

GERI



GERI sententiam eamque propugnantium ad  
 ius civile Romanum referamus; quo omnino  
 res iudicata est, quod possessio rei corporalis  
 non aliter atque anima et corpore simul fus-  
 5 cipi possit. *L. 3. pr. et §. 1. L. 23. pr. L. 8.  
 iunct. L. 1. §. 21 non est ff. de acquirend. vel  
 amittend. possession.* Vnde fit, ut, si e. g. con-  
 trarium iuri Romano iure Saxonico ceteroque  
 10 non praesumatur, sed semper probanda sit.  
 STRYK. in *Annotat. ad LAVTERBACH.  
 Compend. ff. ad praefat. pag. 2. verb. Et in  
 aliis provinciis etc. vid. HEINECC. Ele-  
 ment. iur. civil. edit. ESTOR. prooemium*  
 15 §. 17. litt. a.

## §. 8.

Postea vero quam heredes aut verbis aut fa-  
 ctis delatam hereditatem susceperunt, i. e.  
 in specie, aut adiuerunt hereditatem, aut pro  
 heredibus se gesserunt (quae gestio, ut inci-  
 20 denter moneam, in heredibus suis, liberisque  
 in genere, multo facilius, quam in aliis praesu-  
 matur conuenit; *vid. BERGER. Oecon. iur.  
 lib. 2. tit. 4. th. 49. n. 2.*) a momento susceptio-  
 nis, quod praeterea ad mortis momentum de-  
 25 functi retrahitur; *arg. L. 54. ff. de acquir.  
 hereditat. L. 193. ff. et L. 138. ff. de regul. iur.*  
 ea quae omnia defunctus aut ipse debebat, aut  
 heredes



heredes ipsius praestare legali modo iussit, praestare iure sunt regulariter constricti WERNER. *Comp. iur. lib. 2. tit. 14. §. 4. §.* quin imo inuentario quod fecisse debebant deficiente, iuris Romani heredibus ne hereditatem repudiare quidem patet, sed potius, et ultra hereditatis vires, ad assem vsque opum propriarum soluendum est. *Vid. PHILIPP. ad decis. electoral. 57. observ. 1. n. 1-7.* Quod idemque in anno deliberandi dolose elapso contingere fatur BERGER. *in Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 50. n. 2.* Rigoris ratio in ficta heredum cum defuncto unitate personarum praetexta est. RICHTER. *part. 1. tot. decis. 55.* Et quamuis non nulli rationi huic eiusmodi praestandorum ex persona defuncti frequentem etiam addant rationem: cum nempe aditione vel gestione cum his, qui ex persona defuncti iure aliquid postulent, quasi contractum, postulatum illud praestandi, celebrasse per iuris fictionem heredes crederentur; SCHNEIDEWIN. *Commentar. in Institut. lib. 1. tit. 21. §. 1. n. 3.* haec tamen addita ratio omnimode hic nequit inferuire dogmati; quia ille quasi contractus in genere intuitu omnis generis praestationum hereditariarum hereditariorumue creditorum minime, vt allegatus SCHNEIDEWINVS *loc. citat.* aperuisse videtur, sed non nisi potius intuitu legatariorum et fideicommissariorum, quibus



- quibus nempe ipse defunctus nihil debebat vel ad minimum, vt in legato debiti, dotis restituendae etc. fieri potest, debebat quidem aliquid, sed quod tamen, ipsius heredes, tanquam legatum aut fideicommissum, incipere debere iussit, in iure fictus legitur. HEINECC. *Element. iur. ciuil. edit.* ESTOR. *lib. 3. tit. 28. §. 985. \** EIVSD. *Observat. ad Institut. §. 596.* Neque quidem hac ad-
- 10 dita altera ratione deriuandae inde heredum obligationis opus est, vna cum personarum ficta vnitas, ad heredes; vt debita defuncti praestent tanquam heredes, cogendos, longum sufficiat. *Vid. RICHTER. part. I. 15 dict. decis. 55. BERGER. Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 49. II.*

## §. 9.

Res igitur est iudicata, quod heredes, vi fictae cum defuncto vnitatis personarum, vel ex verbali vel ex actuali hereditatis ad-

20 sumptione ortae, sic etiam ad ipsius relictas obligationes non magis quam iussiones suas legales praestandas, vinculo iuris constringantur. *Vid. §. praeced. 8.* Sed quoniam praeterea magna, inter ea iamiam a defuncto

25 deberi existentia et ea ab heredibus demum, vi legalis dispositionis defuncti, deberi incipientia, scripta extat differentia; ita et nostrum



strum est, huiusce vtriusque generis obligationes in heredibus bene distinguere.

Illae obligationes, quibus defunctus iam ipse constrictus erat, in heredibus tanquam praestari debitae tantum continuantur. *L. 138. § ff. de reg. iur. et L. 2. §. 2. de V. O. non enim etc.* Consequenter et mora in soluendo defuncti ad heredes transmittatur necesse est continuanda: Etsi ceterum spatio Saxonico 30. dierum, a mortis momento defuncti computato, quo durante nimirum inviti non vocantur heredes in iudicium, priuari nequeant. **LVDOVIC.** *ad ff. lib. 29. tit. 2. §. 3. verb. Ceterum heredes etc.* **BERGER.** *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 49. n. 4.* (De arresto intra 15 30. et resp. 9. diem; *vid. BERTOCH. rubr. Arresti impositio n. 28.*) Et quamvis heredibus annus ipse deliberationis ipsorum rogatu a iudice esset concessus; quo nempe durante omnes tam futurae quam pendentes 20 iamiam actiones contra heredes quiescunt; **SVENDENDOERFER.** *ad Fibigium pag. mib. 393.* **BERGER.** *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 50. n. 1.* (De inventarii et iuratae specificationis extra quoque Saxoniam utilitate ac qualitate; *vid. LVDOVIC. ad ff. lib. 28. tit. 8. §. 1. 2. 3. 4.*) Hoc nihilo magis morae dictae praestationem atque interesse tollere is annus valet; cum heredes, adire aut se  
ge-



gerere quocunque tempore exordientes, perinde ac si a mortis momento defuncti hereditate essent potiti, in iure reputentur. L. 54. ff. de acquirend. hereditat. L. 193. ff. de reg. iur. 5 *inunct.* L. 138. *ibid.*

Hae vero obligationes, quibus ipse defunctus non constrictus, suo legaliter edito iussu rogatue heredes tantum oneravit vel onerari voluit, pari quidem modo ante 9. 10 Romano, et ante 30. Saxonico iure diem ab inuitis heredibus non praestantur; quoniam heredes prius, quam exactis his spatiis, ad adeundum gerendumque minime coguntur; STRVV. *ipr. forens. lib. 2. tit. 23. §. 9.* 15 quin ne audeant quidem Saxonico iure; BERGER. *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. rh. 49. n. 4.* Quod etsi posterum in praxi non tam stricte habeatur; tamen eo seruire potest, vt consequenter nulla gestiois pro herede praesumtio (de qua *supr.* §. 2. et 8. consideratissima mentio facta est) intra 30. diem, iure Saxonico, perhiberi audeat: namque heres, iure Saxonico, intra 30. adire omnino vetitus, per facta sua gestiois iuri contraria (nisi post 25 30. continuando rati habeat) sibi nequit praeiudicare: Sed vt illuc revertar, respectu harum obligationum, quibus ipse defunctus non constrictus heredes constringi voluit, omnis praestationis mora ad 9. et resp. 30. diem vsque



que omnino deficit. Ratio huius est, quod in hoc altero casu, nulla vetus obligatio ad heredes transmittitur continuanda, sed plane noua a resp. 9. vel 30. demum die, per quancunque factam aditionem gestionemue, coepisse videtur; qua de re hoc casu ante ex- actum 9. vel resp. 30. diem morae praestatio non finit cogitari. §

§. 10.

Quae eademque heredum necessitas, ex aditione gestionemue (qua oritur ficta persona- rum vnitas) profecta: omnia nempe ea, quae aut ipse defunctus debebat iamiam, aut here- des nouiter debere iussit rogauitue legaliter praestare; vsque eo etiam extenditur, vt sit omnimode implenda, vel diuisa iamiam nec ne, vel quin extra territorium forum- que, quo degebat aut bona relinquebat de- functus, transportata sit hereditas: Haec enim facta diuisionis vel transportationis ex altera parte non nisi in tempore consistunt; quod (solis praescriptionum temporibus circa actiones exceptionesque exceptis) obligatio- nem semel exortam iterum tollere non potest; L. 44. §. 1. ff. de obligat. et action. Nam quod alicui deberi coepit, non tempore, sed certis modis desinit deberi. OLDENDORP. Syllog. exception. annex. Tractat. de Vsucap. et



et Praescript. pag. mib. 593. lin. 3. et altera ex parte haec facta diuisionis vel transportationis hereditatis non nisi vnilateralia heredum sunt, ex quibus ne per se quidem animus tollendi exortam obligationem apparere videtur, tantum abest, vt his factis heredum vnilateralibus consensio creditorum in sui praedictum affingi queat; qua deficiente illa grauiter discernit iuris regula: L. II. ff. de reg. iur. *Id quod nostrum est (obligatio nempe heredum erga nos exorta) sine facto nostro ad alium transferri non potest.*

Ceterum tota ab hoc diuersa est illa tam saepe quidem grauissime controuersa, sed ad huc minime funditus decisa

### QVASTIO:

Num heredes, ad implendam aditione vel gestione impleri acceptam obligationem, eodem quoque foro, cui defunctus, siue ex contractu, siue ex domicilio, competenter erat subiectus, pari competentia pulsari possint actione; non obstante quod aliàs pro suis propriis personis, i. e. haud tanquam



quam heredes consideratis, plane diuerso, superiori, vel quidem extraneo, et vt ad summam reducerem, plane proprio pro suis personis vtantur foro? 5

§. II.

Quodsi heredes antea iamiam, aut ad minimum absque vlla ad additionem siue ge-  
ffionem facta relatione, forum defuncti pro  
suo simul proprio, i. e. cum defuncto com-  
muni foro, communis fortassis domicilii 10  
causa, agnoscunt competente; sicut municeps  
municipis forum, sit huius heres nec ne, in  
eadem qualitate ac ciuitate: quoad talem ca-  
sum quaestio proposita in totum foret inanis;  
quippe tali casu fori confusio oriretur, ita vt, 15  
si tanquam heredes in foro defuncti actione  
quodam constringerentur heredes, quale ho-  
rum proprium qualeue hereditarium sit, sic  
minime distinctius appareret, quia tali casu  
forum domicilii defuncti simul et heredum, abs- 20  
que relatione ad hereditatem, extat: ad quod  
ex causa qualibet quilibet, ex rebus et  
ciuilibus et criminalibus, tam personali-  
bus quam realibus vocari potest. BER-  
GER. *Oecon. iur. lib. 4. tit. 4. th. 1. n. 5.* 25  
LVDOVIC. *ad ff. lib. 5. tit. 1. §. 13.*  
STRVV. *Exercitat. 9. th. 35. vid. tamen*  
B WER-



WERNHER. *Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 15.*  
*Excepto casu, quo administrator ad rationes*  
*reddendas conuenitur. EIVSD. Compend. iur.*  
*lib. 4. tit. 7. §. 3. (Vbi tot. tit. 7. plures vi-*  
 5 *debis exceptiones) BRVNNEMANN. Com-*  
*mentar. ad ff. lib. 5. tit. 1. ad L. 19. n. 6. seq.*  
 Quoad calum arresti Saxonici; *vid. RICH-*  
 THER. *Tractat. de Significat. aduerbior. litt.*  
 C. 22. *Competenter. pag. mih. 119. in fin.*

- 10 Et pari modo inanis proposita foret quae-  
 stio, si ea illum essem attackurus casum, quo  
 heredes, aliàs quidem proprio foro vtentes,  
 actione reali, tanquam possessores, ad forum  
 a suo diuersum vel quidem extraneum voca-  
 15 rentur; vtpote quod notorium extat, quod  
 actio omnis generis realis, absque omni quali-  
 tatum personarumque discrimine (salua tamen  
 pro qualitate personae in subsidium emittenda  
 citatione, *vid. iam. hic HOMMEL. Rbapf.*  
 20 *observ. 251. n. 4.*) in foro rei sitae, sit immo-  
 bilis siue mobilis, institui possit. BERGER.  
*citat. loc. th. 2. n. 8. 9. LVDOVIC. citat.*  
*loc. §. 19. Vid. BOEHMER. de Act. sect. 2.*  
*cap. 2. §. 2. litt. d.*
- 25 Itidem inanis proposita quaestio foret, hic  
 loci disquirendo, num heredes, nexu quodam  
 cum causa vel actore existente, quo illa sic  
 dicta connexitas causae oriatur, ad fo-  
 rum defuncti (salua tamen iterum pro re nata  
 in



in subsidium emittenda citatione) citarentur; cum ea ipsa sit notissima res, quod causas con- nexas coram vno eodemque foro ventilari sem- per licitum, plerumque necesse, sit. *Vid. BER- GER. citat. loc. n. 10. 12. 13. 14. et 15. iunct. 5*  
*BARBOS. Thesaur. locor. commun. Rubr. de Connexis; et Rubr. de Continentia causae. De honorariis Aduocatorum, quoad hic sermo est; vid. BOEHMER. de Action. sect. 2. cap. 11. §. 9. verb. Et quidem instituenda est in eo foro etc. 10*  
*RIVIN. ad O. P. S. tit. II. enunc. 19. et tit. 36. enunc. 25.*

Neque minus inanis quaestio foret propo- sita, dum inuestigarem, num heredes, lite inter defunctum et creditorem quolibet iudicio 15  
iam iam pendente, eadem causa eodemque iudicio stare et ius accipere teneantur; quum eo casu leges expressè sanciant, vt quin imo instantia processus, i. e. prout nempe 20  
causa, in iudicium deducta, quandocumque iaceat, a defuncto ad heredes cuiusuis generis (salua itidem pro re nata citatione subsidiaria) transeat et continuari debeat. *L. 34. ff. de iudic. LAVTERBACH. Compend. ff. lib. 5. tit. 1. n. 5. \*. verb. Si vero acceptum fuerit etc. 25*

Multo magis tandem inanis esset proposita quaestio, si de iurisdictione spontanee prorogata, cui heredes forte sua sponte, absque vilo concurrente iuris fundamento, se sub-



mittant, disputaremus; namque quicquid Doctores solidissime hac de re propugnauerint, quos videre potes in BERTOCH, *Prompt. iur. Rubr. iurisdicct. prorog. n. 1-12.* tamen hodie  
 5 in praxi semper verius est, quod ENGAV. in *Element. iur. canon. lib. 4. tit. 1. §. 10.* concinne effatur, nempe: Iurisdictionem propriam seu patrimoniam nunquam, et delegatam siue administratorem tunc demum pro  
 10 rogari posse, si litigantes in eandem formam eandemque speciem consentiant. Num itaque rebus sic stantibus Renunciatio fori ordinarii, siue competentis, locum inueniat, nempe nude spontanea, i. e. nullo alio prae-  
 15 vio aut concurrente iuris fundamento; e. g. contractus, cambii, criminis etc. facta renunciatio? suo cuique proprio relinquam iudicio.

Ceterum horum nullum, sed eum solummodo casum attingit controuersia

### DOGMATIS:

20 Num heredes actu secundo tales, inter ceteras aditione gestioneue sibi attractas obligationes, eam quoque praestandam obligationem sibi attraxerint, vt, non ob-  
 25 stante quod plane diuerso proprioque foro sint subiecti et actio con-



contra defunctum radicata (seu competens) eodem viuente nondum instituta sit, tamen, in foro defuncti domicilii aut resp. contractus, ratione causarum defunctum eiusue hereditatem tangentium, vadimonia omneque ceterum ius obire competenter teneantur?

§. 12.

Haec eademque est sententia quaestionis ad decidendum propositae vel dogmatis disquirendi: et profecto res est, sicut Practici non ignorant, in praxi aequae difficilis ac frequens, adeo ut, propter ea et diuersitatem adhuc desuper extantium opinionum Doctorum, copiosiori aut, — si censurae inuidia tantum mihi largiatur, — solidiori mea oratione illam omnino dignarer.

*I. Prima* opinionum Doctorum circa propositam quaestionem eo tendit: Ut omnes quidem tam actiuae quam passivae obligationes aditione gestioneue a defuncto ad heredes praestandae transeant; minus tamen inter has et iura personalissima, tanquam a transitione omnimode excepta. *L. 196. ff. de reg. iur.* Et forum cum ius eiusmodi esset personalissimum



mum (quae minor syllogismi propositio adhuc tamen probanda est) hinc sequeretur, ut forum defuncti, inter ceteras obligationes ac res, ad heredes minime gentium transeat. *Vid.*  
 5 STRVV. *Syntagm. exercitat. 9. th. 36.*  
 Quam igitur iuxta primam Doctorum opinionum praetenditur:

Quod forum defuncti nullo modo ad heredes transeat.

10 Qua de re venerabilis ille STRVVIVS *dict. loc. th. 43.* quin imo forum contractus defuncti in heredibus non nisi ad heredes legatarios et fideicommissarios tantum, neutiquam vero ad ceteros proprie sic dictos heredes, vult applicari.

II. *Secunda* opinionum Doctorum circa propositam quaestionem eo tendit: Ut, cum regula et suas habere possit exceptiones et talis exceptio casui praesenti adaequata in *L. 19. ff. de iudic.* reperiri clare videatur, forum quidem defuncti, tam domicilii quam contractus, ad heredes actu secundo tales aditione vel gestione factos, transeat: Verum tamen simul hi imaginantur esse iniquitatem, si forum transmissum ratione obligationum hereditariarum perpetuo in heredibus continuare deberet, ipsique sic deberent, quousque unquam



quam vllus ipfos ex hereditate habiturus fuerit obligatos, foro defuncti subiecti manere; quapropter opinari conantur, durationem eiusmodi fori transmissi vsque ad hereditatis diuisionem eiusque momentum praeterlapsum tantummodo esse restringendam. STRYK. *Annotat. ad LAVTERBACH. Compend. ff. lib. 5. tit. 1. verb. Fuerit acceptum.* LVDOVIC. *ad ff. lib. 5. tit. 1. §. 15.* Post hanc itaque secundam Doctorum opinionem (quae, 10 quod bene notandum, solidiori dogmatis disquisitione hucusque deficiente, in praxi maxime obseruata est) perhibetur:

Quod quidem forum defuncti, aditione vel gestione facta, ad 15 heredes transeat, atque hi, ratione tam personalium quam realium praestationum hereditariarum, aliàs quamuis alio priorie foro vtantur et res in iudicio defuncto adhuc viuente nondum pependerit, illud recusare nequeant; sed quod hoc idemque forum transmissum in omnibus, ante hereditatis di- 25 visionem nondum pendentibus, causis tunc iterum cesset, simul



ac hereditatem heredes sibi di-  
viferint.

Vbi ceterum nec vlla inter domicilii contra-  
ctusue forum fit distinctio, et consequenter  
5 in genere diuisio hereditatis pro modo tol-  
lendi et transmissum forum domicilii et con-  
tractus ab his opinantibus videtur reputari.

*III. Tertia* tandem opinionum Doctorum  
circa propositam quaestionem eo tendit :

10 Vt aequè quidem forum defun-  
cti ad heredes actu secundo ta-  
les transeat, ac autem ex altera  
parte diuisio hereditatis pro  
modo legitimo tollendi fori  
15 transmissi minus reputari possit,  
propterea quod e. g. eo casu,  
quo vna tantum persona heres  
est, et eo praeterea, quo here-  
ditas in nominibus consistit, ipso  
20 iure iamiam diuisis (*L. 4. pr. L.*  
*25. §. 1. \*. ff. et L. 6. Cod. famil. er-*  
*ciscund.*) diuisio quaedam heredi-  
tatis cogitari sicque ea pro mo-  
do rationali tollendi forum re-  
pu-



putari plane non possit; vt nihilo  
fecius tamen eo vnico casu, quo  
hereditas extra territorium fori  
defuncti iamiam sit exportata,  
forum defuncti transmissum in 5  
heredibus iterum cessare, sum-  
mae respondeat aequitati.

Interferunt rationem, quam iniquum sit, si e.  
g. extraneus proculque distans heres, heredi-  
tate iamiam exportata et insuper fortassis actio- 10  
ne diu demum post exportationem instituta,  
nunc ad forum defuncti denuo reuerti ibique  
vel multo incommodo ius accipere cogeretur;  
et vigilantibus praeterea iura tantum scripta  
esse; L. 24. ff. *quae in fraud. creditor.* vi cu- 15  
ius Brocardici actori potius, heredem ante  
exportatam hereditatem citari facere, incubu-  
isset: cum autem minus fecisset; ipsius haec  
esset culpa: et detrimentum culpae ipsius non  
nisi ipsum sentire debere, seu quod est idem, 20  
damnum quod quis ex culpa sua sentiret non  
sentire intelligere. L. 203. ff. *de reg. iur.*

§. 13.

*Primam* opinionum, quam potissimum  
celeberrimus ille STRVVIVS in *Syntagm.*  
*exercitat.* 9. th. 36. tuetur, quamque esse 25  
*communiorem* temere tradit FLOERKIVS  
B 5 in



in Annotat. ad *Syntagm. Struucian. ad exercitat. dist. 9. ibi 36. verb. Tradunt*) ad speciem quodsi intuemur: forum nempe defuncti, tanquam ius personalissimum, aditione gestioneue ad heredes plane non transire; haec prima opinionum sane iuris conuenire videtur principiis; quod eam *Leg. 196. ff. de reg. iur. verb. Priuilegia quaedam causae sunt, quaedam personae: et ideo quaedam ad heredem transmittuntur, quae causae sunt: quae personae sunt, ad heredem non transeunt*; secundam autem et tertiam relatarum opinionum, intuitu modorum quos finxerunt tollendi forum transmissum (diuisionis nempe et exportationis) sola aequitate cerebrina, niti videmus. Quin imo, ad primam hanc Struucianam opinionem suffulciendam, praeterea illam *Legem 34. ff. de iudic. verb. Si is, qui Romae iudicium acceperat, decessit; heres eius, quamuis domicilium trans mare habeat, Romae tamen defendi debet; quia succedit in eius locum, a quo heres relictus est*; referre licuerit, syllogismi inde deriuandi gratia sequentis:

- 1) Omnis heres forensis Romae defendi debet eo casu, quo defunctus Romae iudicium acceperat.
- 2) Atqui, Caius defunctus Romae iudicium non acceperat.
- 3)



3) Ergo, eius heres forensis, Titius, Romae defendi non debet.

Sicut re vera ex *dict. Leg. 34. ff. de iudic.* non nulli colligere sunt conati. *Vid. HELFELD. Jurisprud. forens. §. 515. LVDOVIC. ad §. ff. lib. 5. tit. 1. §. 15.*

§. 14.

Sed quale horrendum illud est ratiocinium; quin taceam, quod plane in forma contendat contra logices regulas, utpote quae propositionem minorem particulariter negantem, 10 simul cum maiori vniuersaliter affirmante, concurrere omnino vetant; cernimus praeterea, quod hac in *Lege 34. ff. de iudic.* tanquam tantum propiori proxime antecedentis *Legis 30. ff. dict. loc.* declaratione, ea tantummodo 15 sit sententia declaratoria:

Heredem nempe litem eodem foro, quo iam iam pendeat, eademque ratione, qua iaceat (absque vlla porro circumspectione ad fori vltiorem competentiam incompetentiamue, ad cuius alterutram quippe hic intentio principalis minime inten-



tendit) simpliciter continuare oportere. Videat. BRUNNEMANN. *Commentar. ad dict. Leg. 34. ff. de iudic.* LAVTERBACH. *Compend. ff. lib. 5. tit. 1. n. 5. \** Si vero acceptum fuerit, etiam instantia in heredem transit. STRYK. *Annotat. ad LAVTERBACH. Compend. ff. lib. 5. tit. 1. verb. Transit.*

10 Anne hinc trahenda conclusio illa contraria §. *antecedent. 13. ad n. 3)* notata: heredem, lite defuncto vivente nondum pendente, in huius foro vadimonium sistere siue ius accipere non debere?

15 Quodsi id contrarii extrahere auderemus, sequens propositio maior.

1) Nullus heres forensis Romae defendi debet eo casu, quo defunctus Romae iudicium non acceperat;

20

legi inesse debuerit, et tunc rite potest demum concludi:

2) Atqui, Caius defunctus Romae iudicium non acceperat.

3)



- 3) Ergo, eius heres forensis, Titius, Romae defendi non debet.

Verum autem ex superiori illa propositione maiori, ex *Legis 34. ff. de iudic. visceribus* formata sequenti: 5

- 1) Omnis heres forensis Romae defendi debet eo casu, quo defunctus Romae iudicium acceperat;

non nisi id ratiocinii formandum: 10

- 2) Atqui, Caius defunctus Romae iudicium acceperat.

- 3) Ergo, eius heres forensis, Titius, Romae defendi debet.

Haec igitur toto coelo diuersa res est, nihil-15  
que vnquam contrariae conclusionis infert contra *Legem 19. pr. ff. de iudic.* vti STRVIVS, LVDOVICVS, HELLFELDIUS et alii praetexere conantur; id quod, cum supra allegato BRVNNEMANNO, LAV-20  
TERBACHIO et STRYKIO, etiam reliquus Doctorum coetus mihi adnuendo sapienter intellexit, quamuis ceterum ex parte, vt  
resp.



resp. diuisione aut exportatione hereditatis forum transmissum iterum cessaret, adferere aequi faciat; de quo *infr.* §. 21. *seqq.*

## §. 15.

Hem vero! illa adducta *Lege* 34. *ff. de iudic.* sicut nunc experti sumus, hic loci nihil in ferente, altera *supr.* §. 13. adducta *Lex* 196. *ff. de reg. iur.* adhuc apparentia quadam pol-  
 10 lere videtur, uti nimirum hac probatio aliqua, quod forum defuncti tanquam priuile-  
 gium personalissimum ad heredes non trans-  
 mitteretur, elici possit. Hac enim altera ad-  
 ducta lege expresse enunciatur:

1) Priuilegia personalissima defun-  
 cti ad heredes non transmitti.

15 Lubuerit inde huic propositioni, tanquam  
 maiori considerandae, sequentem apponere  
 minorem:

2) Atqui, forum defuncti est pri-  
 uilegium personalissimum;

20 sequeretur facillima ea conclusio:

3) Ergo, forum defuncti ad here-  
 des non transmittitur.

Atta-



Attamen, ne hoc diu commorer, quod hic  
loci minor syllogismi probationis demum in-  
digeat; siquidem non solum fori praetensa  
qualitas personalissima per se vel in gene-  
re, sed etiam fori praetensa qualitas persona- 5  
lissima in specie vel respectu heredum  
probanda iacet, et sane ex toto Corpore iu-  
ris expresse probari nequit; id potius eo cer-  
tius nouimus, complures etiam, in quas fo-  
rum alius personae vel hominis transmitti fo- 10  
leat, praeter heredes in iure notari personas:  
sicut liberi parentum, maritorumque vxores,  
post mortem quoque, foro vtuntur.

Atque responderint: exempla haec a re-  
gula esse exceptiones, et nihilo magis forum, 15  
tam in genere quam in specie, ius manere  
personalissimum; sit haec responsio vt sit, nec-  
dum licet probata: ad minimum ex eadem  
responsione sequitur, simulata a regula dari  
Exceptiones, et personas, ad quas forum 20  
alius, certe nec alio atque vnitatis fictae per-  
sonarum fundamento, transmitti posse; et  
sic possibile saltem esse, vt, nulla lege ex-  
presse refragante, his exceptis inquam here-  
des quoque interesse possint personis: neque 25  
minus verisimile est, vt personarum ficta  
vnitas pariter inter defunctum et heredes,  
atque inter parentes et liberos, fori commu-  
nicationem nec non transmissionem efficere  
pos-



possit; quod regula est notissima: casus, quos  
 nectat rationis paritas (velut hic, ficta per-  
 sonarum vnitas, quae defunctum et here-  
 des aequae ac parentes et liberos notorie ne-  
 5 scit) nec quoad iuris praedicata atque effe-  
 ctus discernendos esse. CARPZOV. *part.*  
*3. const. 3. def. 34. n. 6.*

## §. 16.

Ecce autem! claram talem expressam, ita  
 si appellare lubeat, exceptionem praecedentem  
 10 ter mentionatam, in, *Leg. 19. ff. de iudic.*  
*verbis:*

Heres absens ibi defendendus  
 est, vbi defunctus debuit (*defen-*  
*di*) et conueniendus, si ibi in-  
 15 ueniatur, nulloque suo proprio  
 priuilegio (*fori*) excusatur.

Hic verbis dilucidis, et absque vlla ad causam,  
 vt tu forte opineris, pendentem facta restri-  
 ctione, sancitum legis: vt non modo prae-  
 20 sens eodemque cum defuncto loco habitans  
 (quamuis ceterum proprio foro vtatur) sed et-  
 iam extraneus et transmarinus heres, in foro  
 defuncti, dummodo ibi inueniatur, defendi  
 et conueniri possit, nulloque suo proprio foro  
 25 excusetur.

Id



Id quod etiam ille RICHTERVS bene intellexit, qui quidem in *part. 1. decis. 55. n. 23.* vt et ego, iura defuncti personalissima ad heredes transire negat, et nihilo segnius in *part. 3. decis. 105. n. 23.* expresse affirmat, § eadem *Legs 19. ff. de iudic.* nixus: quod nempe heres in foro contractus defuncti (NB. vt infra §. 18. docetur, non solum in foro contractus, quemadmodum *cit. loc.* videatur, sed quoque in foro domicilii) tam veri quam quasi contractus, absque praecedente mentionata litis defuncti pendentia, competenter conueniri possit. Quibus satis apparet, forum defuncti ad heredes, absque praeiua litispendentia, transire. 15

Neque id solus citatus RICHTERVS *dict. loc.* mihi adnuit, sed idem mihi etiam adsentiunt ZANGER, *de Exception. part. 2. cap. 1. n. 113.* MARTIN. *ad O. P. S. tit. II. §. 2. n. 143.* EIVSDEM *Analect. ad Comentar. ad O. P. S. tit. II. §. 2. ad n. 143.* BERGER. *Oecon. iur. lib. 4. tit. 4. th. 3.* LAUTERBACH. *Compend. ff. lib. 5. tit. 1. n. 5. \** BRVNNEMANN. *Commentar. ad ff. lib. 5. tit. 1. ad L. 19. n. 1. 2. 3. 4. 5.* WERNHER. *Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 23.* MENKEN. *Synops. ff. lib. 5. tit. 1. §. 41.* Quibus euolutis multis et alios Doctores de-

C

pre-



prehendes ibi citatos, qui vnanimiter omnes,  
 contra STRVVIVM, LVDOVICVM,  
 HELLFELDIVM et eiusmodi ceteros, me-  
 am grauiter suffulciunt sententiam:

5 Quod nimirum forum defuncti,  
 absque praeuia litis contra eum  
 pendentia, ad heredes transeat.

§. 17.

Vnde patet, STRVVIVM eiusdemque  
 Coopinantes *Legi 19. ff. de iudic.* iniuriam vim-  
 que inferre, eandem legem (quin priorem seu  
 10 loco superiorem, ex hac posteriori) *Legi 34.*  
*ff. de iudic.* interpretari nec non restringere  
 audendo, forumque non nisi praeuia lite con-  
 tra defunctum iam pendente ad heredes trans-  
 mitti credendo. Cernimus *Legem 19. ff. de*  
 15 *iudic.* non restringere; ergo nec nos restrin-  
 gere decet. CARPZOV. *part. 2. const. 15.*  
*def. 12. n. 2.* RICHTER. *part. 1. decis. 12.*  
*n. 21. iunct. L. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. Priua-*  
 20 *torum cautione legibus non esse refragandum*  
*constitit.* Ita vt Doctori vel celeberrimo abs-  
 que lege loquenti, perinde ac communi Do-  
 ctorum opinioni, fides haberi non debeat.  
 MARTIN. *Commentar. ad O. P. S. tit. 36.*  
 §. 1. n. 95. et 96. et tit. 34. §. 1. n. 66-71.



§. 18. Et quamuis *supr.* §. 16. citati RICH-  
TERVS, ZANGERVS et MARTINVS  
*loc. citat.* non nisi in forum contractus defun-  
cti sermonem voluant; vnde etiam non nisi  
idem, minus autem forum domicilii defuncti, 5  
ad heredes absque praeuia litis pendentia trans-  
mitti verisimiliter inferatur: verum tamen.

1) Ex his citatis loci RICHTERI, ZAN-  
GERI et MARTINI consequentia  
fori domicilii exclusiua, minime est extor- 10  
quenda; cum ibidem de foro contra-  
ctus defuncti sermo quidem sit occasio-  
nalis, ne vocula quidem fori domicilii  
excludendi mentione facta: hoc illo po-  
tius simul comprehensum, regulis her- 15  
meneuticis, inferendum esse reor; quo-  
niam ficta personatum vnitas heredum  
cum defuncto ratio est et domicilii et  
contractus fori; et omnia ex eadem ra-  
tione oriunda tacite pro expressis repu- 20  
tanda sunt. BARBOS. *Thesaur. loc.*  
*commun. Rubr. expressum n. 19.* CARP-  
ZOV. *part. 3. const. 3. def. 34. n. 6.*  
*et part. 2. const. 6. def. 16. n. 11.* Si-  
quidem accedit, quod fori domicilii a 25  
defuncto ad heredes transitio his multo  
minori, quam contractus fori transmissio,  
incommodo sit; quod quilibet in regula  
C 2 homo,



homo, et consequenter etiam quilibet defunctus (Erblasser) plerumque vnicum modo domicilii forum, saepius autem plura contractus fora (tot nempe fora contractus, quot, NB. extra territorium fori domicilii sui, (vid. *infr.* §. 40. lit. b. β. n. 3.) contractus siue veros siue quasi contraxerit) relinquere sollet; quorum et consequenter plus est incommodi, modo hoc, modo illo, modo isto loco, tanquam foro contractus defuncti, conueniri: At vbi plus incommodi in heredem statuitur, absque dubio et rationabiliter et minus ibi admittendum erit. *Arg. L. 110. ff. de reg. iur.*

15 2) Accedit, quod *Lex 19. ff. de indic.* sit generalis et absque vlla ad nudum forum contractus loquatur restrictione, ita ut ne ex *Lege 34. ff. de indic.* quidem (vid. *supr.* 13. et 14.) neque ex *Lege 196. ff. de reg. iur.* (vid. *supr.* §. 15.) talis extorquenda sit restrictio: Vbi autem lex ipsa non restringit, ibi nec nos restringere decet. RICHTER. *ips. part. I. dec. 12. n. 21.* CARPZOV. *part. 2. const. 15. def. 12. n. 2. iunct. L. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid.*

3) Qua



- 3) Qua eademque sermonis generalitate in-  
super et ceteris *supr.* §. 15. simul allegatis  
mecum conuenit Doctoribus, nempe  
BERGER. *Oecon. ff. lib. 4. tit. 4. th. 3.*  
LAVTERB. *Compend. ff. lib. 5. tit. 1.* 5  
n. 5. \*. BRVNNEM. *Commentar. ad ff.*  
*lib. 5. tit. 1. ad L. 19. n. 1. 2. 3. 4. 5.*  
WERNHER. *Manual. ff. lib. 5. tit. 1.*  
§. 23. MENKEN. *Synops. ff. lib. 5. tit.*  
*1. §. 41.* meam itaque sententiam, ge- 10  
nerali sua enunciatione, grauiter satis, 01  
que confirmantibus.

§. 19.

Praeterire tandem nequeo, qui, num fo-  
rum defuncti ad omnes cuiuscunque generis  
heredes transfret? dubitent; propterea quod 15  
GLOSSATOR *ad L. 19. de iudic.* (quem  
postea COVARR. GAIL. BOER. VIV.  
ZOEZ. ceterique secuti, et de quorum opi-  
nionem ille BRVNNEMANNVS *ad dict. L.* 02  
*19. ff. de iudic. n. 2.* praeconari conatur: „quod 20  
fit sententia receptior“;) expresse obtentat:

Quodsi heredes de communi fo-  
rent priuilegio fori, c. g. Cleri  
et Academici; tales in *L. 19. ff.*  
*de iudic.* non esse comprehensos, 25  
et ad eos non aliter, ac si causa,



viuente adhuc defuncto, iam  
iam pependerit, forum defun-  
cti transire.

5 Sed meo iudicio haec restringens GLOSSAE  
sententia valde absurda est; namque

1) Haec sententia palam ortum ducit ab  
ista perantiqua Chimaera, ex qua, quodsi  
clerus peccatorum remittens, aut sanctus  
Musarum filius, coram quolibet iudicio  
10 profano conueniretur, nefas ducebatur;  
vnde hodiernum, de renunciatione fori  
clericorum, Doctorum altercatio (quam-  
vis multo inanis, *vid. supr. §. II. in fin.*  
15 *Num itaque rebus etc.*) cerni potest in  
BARTH. *Dissens.* 201. et 565.

2) Clerici atque Academici tantum casu te-  
nus, quo causa contra defunctum non-  
dum pependerit, a *Lege 19. ff. de iudic.*  
20 soluti esse dicuntur; cum tamen ex altera  
parte legis ipsius ipsa generalitas non  
minus hos non excipiat — quam ex  
altera horum affectata prae aliis morta-  
libus sanctitas, litem coram foro defuncti  
25 iam iam pendentem continuando (quod  
eos oportet) aequae fortassis, ac necdum  
pendentem suscipiendo, violari et pro-  
fanari posset —! Vnde etiam.

3) Non



- 3) Non potuit ipse BRVNNEMANNVS  
loc. supr. citat. quin simul cum pluribus  
emunctae naris Doctoribus statim con-  
trarium eius sententiae, quam paulo ante  
pro receptiori praeconari conatus erat, §  
sententiam veriolem effetur.

Quo ipso, omnes sine restrictione aut excep-  
tione cuiusvis generis heredes coram foro de-  
functi litem necdum pendentem suscipere obli-  
gatos esse, satis vt spero demonstratum ha- 10  
bebis.

§. 20.

Quod itaque *Primam* supra §. 12. ci-  
tatam opinionem: quod nempe forum defun-  
cti nullo modo ad heredes transeat; attinet,  
ex hucusque dictis satis, sicut spero, superque  
apparet, eam opinionem nulla ratione esse fun- 15  
datam. Ad oculos potius probaui:

Ad I. Forum defuncti, et domi-  
cillii et contractus, ad heredes  
cuiuslibet generis, et cuiusli-  
bet fori proprii sint, lis con- 20  
tra defunctum pependerit iam-  
iam, nec ne, aditione aequae ac  
gestione, effectiue transire et  
continuari.

C 4

§. 21.



## §. 21.

*Secundam* et *Tertiam* opinionum  
*supr.* §. 12. Doctorum mentionatam nunc ad-  
 eundo progredior. Quae ambae cum mea,  
 cuius summa *praeced.* §. 20. ob oculos versa-  
 5 tur, in tantum plane conueniunt: vt nimi-  
 rum forum defuncti, absque vlllo discrimine,  
 aditione seu gestione ad heredes transeat; in  
 tantum contra id peculiare prae se ferunt: vt  
 10 *Haec* forum transmissum hereditatis diui-  
 sione, et *Illia* opinionum adductarum he-  
 reditatis exportatione, iterum cessare  
 statuatur. Vtraque haec relata opinio accurata  
 iudicii trutina pariter perpendi vetatur, quin  
 turpius lanx scanderet: Etenim ne apparentia  
 15 quidem in vlla vnquam lege, sed tantummodo  
 in vnilateralis, erga heredum nempe partem  
 vergente, cerebrina nititur aequitate naturali:

Ne scilicet heredes in perpetuum,  
 20 ituitu aditionis gestio-  
 nisue, ad forum defuncti astricti  
 vexatique manerent; aequum  
 esse, vt aiunt, forum idemque  
 transmissum, hereditatis diui-  
 sione aut resp. exportatione, ite-  
 25 rum cessare.



§. 22.

Harum opinionum fautores eo ipso quod-  
dam aequi in heredum quidem fauorem sibi  
excogitauerunt; sed ex creditorum parte om-  
nem plane aequitatem despiciati sunt. Hem!  
estne ea vere rationalis aequitas dicenda? vt  
heredes, ad praesumptionem saltem aditione  
vel gestione locupletiores facti, et commo-  
dum hereditatis nacti, consequenter et here-  
ditatis incommodum ferre obligati, L. 10.  
*ff. de reg. iur. iunct. L. 149. ff. ibid.* atque  
forum defuncti, *iuxt. §. 20. et 21.* semel  
adepti, vt inquam tales heredes eiusmodi fo-  
rum, ipsorum solo vnilateralis facto, diuisione  
scilicet aut exportatione, in detrimentum et  
incommodum creditorum non locupletiorum  
(*vid. hic L. 74. et L. 155. ff. de reg. iur.*)  
iterum decutere valerent? Estne ea vere ratio-  
nalis aequitas, vt creditores, forte in gratias  
pro longa fide defuncto habita, heredes ad  
remotas terras cum diuite hereditate receden-  
tes, actione sua iusta nunc tanto molestiori  
persequi teneantur? Estne, dic quaeso ratio-  
nalis lector! ea rationalis aequitas? Tantum  
abest, vt alterutra tantum duarum relatarum  
opinionum lege quadam nitatur --!

Nihilo tamen fecius, solius fori praxeos  
gratia, quippe hanc *Idam* et *Illiam* relata-



rum opinionum (vt iamiam *supr.* §. 12. ad II. in *med.* dixi) feruenter vsque osculantis, haec vtraque relata opinio propiori indiget collustratione. Verum in his conatis perfici-

5 endis THOMASII illius aeterni fortuna atque auctoritate pollere mihi optarem, vt instar huius, irrationalem intuitu magorum sagarumque praxin vetustam runcantis, et ego aequae irrationalem, intuitu relatarum opinio-

10 num (de foro defuncti post iam transmissum cessaturo) radicatam praxin extirparem —!

Primo igitur, sicut conuenit instituto, *Illiam* et post demum *Illam* opinionum quaestionis tractare institui.

## §. 23.

15 *Tertia* opinio eorum nempe, qui terminum cessationis fori defuncti, *iunct.* *supr.* §. 12. III. in hereditatis exportatione ponant, re vera plus verisimilitudinis, quam secunda

20 eorum nempe, qui hunc terminum cessationis in hereditatis nuda diuisione collocent, prae se fert; cum saltem nihil absurdi comprehendat. vt quidem haec secunda; ex qua, vbi vnicus tandem e. g. heres extitit, hic forum defuncti transmissum retinere debeat,

25 quia hic vnicus diuisionis termino gaudere nequit; vbi contra plures extiterint heredes, hi



hi forum defuncti transmissum, vi factae diuisionis, retorqueant, quia hi termino diuisionis gaudere queunt: cum tamen in omni disciplina considerandum sit, non quod per accidens (e. g. vel per singularitatem vel per pluralitatem personarum heredum) sed quod per se ex causis suis, i. e. hic loci, per qualitatem heredis in genere, sequitur. BARBOS. *Thesaur. loc. commun. Rubr. de Accidente, n. 1.* Tertia mentionatarum opinionum insuper id virisimilitatis ostendit vt heredibus multo etiam incommodius foret, quando, hereditate iam iam exportata, ex longa fortassis distantia foro defuncti perpetuo subiecti manere iuberentur: ius vigilantibus scriptum esse; L. 24. in fin. ff. quae in fraudem creditor. et L. 21. pr. ff. de pecul. Vnde creditorum culpam propriam esse, cur non inter terminum aditionis vel gestionis — (quo forum defuncti ad heredes transit, vid. *supr.* §. 20.) — et terminum exportationis, actione sua instituta citationem extrahissent; neque hereditatis exportationem arresti communis impositione impediissent; quod aequae poterant. MARTIN. *ad O. P. S. tit. 51. §. 1. n. 61. et 92. iunct.* STRVV. *Exercit. 9. ib. 42.* WERNHER. *Manual ff. lib. 5. tit. 1. §. 16. in fin.* RICHTER. *part. 3. decis. 105. n. 35.* quin imo intra 9. et 30. resp. diem; vid. BERTOCH. *Promptuar. iur. Rubr.*



*Rubr. Arresti impositio. n. 28.* Quam quodsi minus fecerint, culpam propriam, damnumque ex ea profectum et ceterum detrimentum, nemini nisi ipsis minus vigilantes creditores imputare possent. *Arg. L. 203. ff. de reg. iur.* Quid? quod praeterea liberum cui libet esset, sic et defuncto liberum fuisse, domicilium, cum eoque ipso forum domicilii, utcumque commutare; *L. 31. ff. ad municipal. et de incol.* Hermann allgemeines jurist. Lexicon Th. I. *Rubr. Domicilium voluntarium, verb. Das Domicilium wird aufgehoben* &c. n. 1. id quod consequenter et heredibus, locum defuncti tenentibus, liberum esse debere. *Arg. L. 59. ff. de reg. iur.*

## §. 24.

Attamen rationes quaeque ad defendendam hanc *Illiam* opinionem proferantur plausibiles: heredes nempe forum ad se transmissum defuncti, per hereditatis exportationem, decutere posse; omnes et singulae hae rationes, post breuem modo cum iudicio et iure institutam collustrationem, tam ieiunae apparent, ut minima vi iudicii mox totaliter evanescant.

Ad rationem quaeso perpendas, quod rationalitas humana omnino postulat, non a parte



parte heredum sola aequitatis regulas prodigi,  
sed et a parte creditorum defuncti (seu nunc  
heredum) aequitati inferui debere. At, cre-  
ditorum nec vllum quidem commodum est,  
praeter quod ius suum perfectum contra de- 5  
functi heredes actione prosequantur, vel po-  
tius non soluti prosequi necesse habeant; cum  
contra ipsi heredes multo cum maiori com-  
modo veniant, diuitem hereditatem capiant,  
eandem secum exportent, et nunc vt non so- 10  
luti creditores ad peregrina fora se sequantur  
postulent! Qua ex parte hic aequitatem iudi-  
cabis quaero? Qua vlla ratione illud brocar-  
dici: Vigilantibus iura scripta esse;  
hic contra creditores vnquam applicatu fas 15  
est? Haec enim regula ἐνεργημάτων, vbi ius  
cogendi (sicut praeposito casu deberet,  
quando creditores ius suum non nisi in foro  
heredum proprio, post hereditatis exportation-  
nem, prosequi obligati essent) efficere debeat, 20  
omnino legalem eiusmodi vigilantiae obliga-  
tionem praesupponit. Vbi autem locorum est  
legalis istius vigilantiae obligatio ita in iure  
scripta, vt creditores eo casu -- quo heredes  
inter terminum aditionis seu gestions et ter- 25  
minum hereditatis exportationis actione arre-  
stoue in foro defuncti non prosecuti sunt --  
ius eiusdem fori amitterent?

Prae-



Praeterea talis lex vel maxime iniqua foret: namquam ante additionem vel gestionem neque actio, *vid. supr. §. 1. et 4.* et quia arrestum seu sequestrum species executionis habetur; CARPZOV. *Process. tit. 21. art. 1. §. 1. et 2. n. 1-9.* tanto minus illud idemque contra heredes, ante aditionem seu gestionem, compete-  
 5 bat; consequenter alterutrum non nisi spatio illo intermedio, nempe inter terminum aditionis seu gestionis -- et terminum  
 10 exportationis, fieri debuisset. Nunc autem ponas casum: totam hereditatem non nisi rebus mobilibus constare; heredem extraneum ablegare mandatarium aut venire ipsum ad  
 15 locum hereditatis seu domicilii defuncti; adire vel pro herede se gerere; soluere ceterum et praesentes creditores et reliquas oblationis funerisque expensas; simul totam mobilem hereditatem prius -- quam reliqui credi-  
 20 tores de his factis aut morte defuncti aliquid comperierint -- bona fide, i. e. de existentia reliquorum creditorum nihil arguentem, secum exportare! Aut casum ponamus: heredem extraneum totam vendere hereditatem utcumque  
 25 consistentem pro quadam extranea assignatione accepta; hic aditio seu gestio et exportatio vel quasi, sine vlllo spatio intermedio, aperte coniuncta est; venditor heres, haud emtor hereditatis, creditoribus hereditariis  
 30 (exceptis tamen actionibus realibus) convenien-



niendus manet; *vid. BERTSCH. Promtuar. iur. Rubr. Hereditatis venditio n. II. et 12.* Tantum abest, vt decemplicum aliorum casuum similitum, quibus exportatio hereditatis prius fieri potest bona fide, quam creditores de morte defuncti, aut de aditione, exportationeue spatio intermedio comperiant, mentionem faciam! §

Qua vlla, dic quaeso, ratione talibus casibus possibile tantum esse potest, vt forum defuncti, *iunct. supr. §. 20.* ad heredes semel transmissum, hereditatis exportatione, cum iure et rationabilitate iterum cessare queat? Quid quod? estne iusta illa sententia, heredes iamiam hereditate, praesumptive saltem, locupletatos, aucto fori incommodo commiserandorum creditorum, magis etiam quasi locupletandi? 10 15

§. 25.

In datis eiusmodi casibus, quorum magna occurrit frequentia, appertum est, quod illa tam grauius creditoribus imputata vigilantia ne possibilis quidem exercendo sit: tantum abest, vt talis stolidi vigilantia his, sub praeiudicio fori amittendi, ab vlla vquam lege imposita sit. Et lex quaedam sine dubio extitisse debebat, si forum, aditione seu 25



seu gestione, ad heredes transmissum, NB. per factum vnilaterale et propripotentiale exportationis iterum pro lubitu cessare contenturus eras: quam enim fori transmissi  
 5 cessationem arbitrariam sine lege contendere, conatum est, quod Iureconsultum erubescen-  
 tem potius, quam opinione (et ficta et ini-  
 qua) fidentem reddere deberet. *L. 19. Cod. de collation. L. 5. Cod. de repud. Nouell. 18.*  
 10 *cap. 5. sed quia non etc.* Etenim nihil Iurecon-  
 15 sulto indignius duci potest, quam opinionem absque lege contensu; quamuis pulcherrimo aequitatis cerebrinae seu arbitrariae nitore splendeat; cum nulla tam absurda reperiatur  
 20 sententia, quae non reperiatur Doctorem, qui eam propugnat, et nihil tam ineptum fingi possit, quod non aliquo possit colorari commento. MARTIN. *Commentar. ad O. P. S. tit. 36. §. 1. n. 95. et 96. iunct. tit. 34. §. 1. 20 n. 66-71.*

## §. 26.

25 Aequae impossibile tandem est, ut argumentum: utsi heredibus fori ad se transmissi sublatio, exportatione hereditatis, permessa esset, quoniam eodem quo defunctus vteretur iure, et hic forum vel potius domicilium, utcunque voluerit, commutare potuisset; mi-  
 30 nima tantum ex parte aliquid releuare queat.  
 Po-



Potuit enim pro sua quidem persona Defun-  
ctus commutatione domicilii commutare  
ipsum forum; *supr.* §. 23. *in fin.* sed conse-  
quentia inde deducenda: vti consequenter et  
heredes forum defuncti seu domicilium eius 5  
commutare possent; omnino tam absurda  
quam falsa est. Magis etiam concederem,  
vt, cum domicilium in regula morte alicuius  
extinguatur, **Hermann allgemeines**  
**juristisches Lexicon Th. I. Rubr. Domici-** 10  
**cilium voluntarium, verb. Das Domicilium**  
**wird aufgehoben** *et n. 2.* consequenter  
forum domicilii defuncti plane cessans in he-  
redes transire nequeat: Sed postquam, *supr.*  
§. 20. *et retro seq.* iam satis haec opinio re- 15  
futata est; ea hic loci praetermittenda, solum-  
modo absurditatem et falsitatem superioris in-  
tentatae consequentiae nunc demonstrandam  
habemus.

Heredes forum defuncti commutare ne- 20  
queunt; partim quia eiusmodi commutatio  
domicilii post mortem, vbi tale praedicatum  
hominis tantum viuentis cum morte exspirat,  
plane rationabiliter cogitari haud potest; par-  
timque talis commutatio fori domiciliiue om- 25  
nino inter facta hominis personalissima referri  
debet, ita vt solus defunctus adhuc viuus in  
propria persona, nec quidem per Mandatari-  
um



um vel maxime specialissimi mandati, expedire valuerit; *arg. L. 20. ff. ad municipal.*

Praeterea quin imo ipse in persona defunctus non nisi solum domicilii forum, domicilii commutatione, commutare valebat; et forum contractus, cum omnibus reliquis fori generibus, e. g. ex delicto, connexitate, prorogata iurisdictione, resita (quoad a se possideatur) pendentia  
 10 litis, administratione etc. ne ipse quidem viuis adhuc defunctus in persona commutare, et eiusmodi commutatione ius quoddam suis Actoribus quaesitum auferre, poterat: Quianam potestate et iure ipsum defun-  
 15 ctum, eiusmodi commutationibus intentatis, antecellere flagitent heredes --?

Hi quando forum ad se *iuxta. supr. §. 20.* transmissum retinere noluerint; ehem, hereditate eademque tota (quod iure Saxonico  
 20 praeter inuentarium, sola iurata specificatione, quandocunque possunt) repudiando se abdicent, consumtaque aut inuentario aut iuramento restituant; et statim etiam liberi a foro erunt transmissio!



§. 27.

Quam diu igitur heredes hereditatem aut eius aliquid vel minimum retineant; et paruum fori semel suscepti incommodum retineant aequum est; *arg. L. 10. ff. de reg. iur.*

Et quidem, vt dicta breuius repetam, 5 heredes retinere debent forum defuncti transmissum:

I. In specie.

- 1) Forum contractus defuncti; quod quia ne ipse defunctus quidem viuens, in propria persona, tollere aut commutare potuit; et consequenter heredes ipsius hac in re meliori aut fortiori iure vti nequeunt. *Arg. L. 54. 59. et 62. ff. de reg. iur.*
- 2) Forum domicilii defuncti; quod huius commutatio, tanquam factum personalissimum, non nisi in propria persona a defuncto expediri potuit; et consequenter ab heredibus, loco eius, expediri nequit. *Arg. L. 68. et 196. ff. de reg. iur.*

II. In genere.

- a) Quoniam post mortem defuncti commutatio eius fori cogitari nequit.



b) Cum lex, cessationem fori defuncti semel transmissi praeciens, deficiat.

5 c) Quandoquidem summa postulat aequitas naturalis, ut heredibus, tanquam  
 10 parti locupletiori, nullo unquam unilaterali et propripotentiali facto diuisionis aut exportationis hereditatis, in praedictum et maius incommodum creditorum nulla hereditate locupletatorum, forum semel transmissum auferre seu decutere liceat.

## §. 28.

Huius occasione incidenter quaerere iuuat: **Anne legem ferre possit Dominus territorialis, aut consuetudo introduci, ut defuncti**  
 15 **forum in genere, aditione vel gestione iuxt. §. 20. ad heredes transmissum, — per hereditatis unilateralem, in peregrinum vel modo alium locum siue forum aliud, exportationem, — iterum cesset, quo postea creditores ad heredes in suo proprio foro conueniendum, exportata nempe hereditate, coacti essent?**

Et respondeo omnino, quod sic: Quamvis enim talis lex vel maxime iniqua foret  
 25 ac dura; *vid. supr. §. 24. nihilo segnius*  
 ac



obseruari deberet: cum lex vel maxime dura  
atque iniqua, in casibus singularibus, se-  
quenda sit. BRVNNEMANN. *Comment.*  
*in Cod. lib. 1. tit. 14. ad L. 1. Vel si verba le-*  
*gis etc.* Aequali autem vi cum legibus CON- 5  
suetudo est. OLDENDORP. *Sylog. ex-*  
*ception. forens. Exceptio iuris, pag. mih. 95.*  
*lin. 13 - 17. Et in Addition. ibid. ad lin. 14.*  
Quamuis aequalis haec vis consuetudinis cum  
legibus non nisi intuitu Interpretationis 10  
interpretatiuae sic dictae, secus interpre-  
tationis extensivae, intelligenda sit; siquidem  
consuetudo, sicut lex quaevis statutaria, stri-  
ctae tantum interpretationis est. ECKOLT.  
*Tractat. compend. ff. lib. 1. tit. 3. §. 28. Ce-* 15  
terum consuetudo etiam in eo a legibus di-  
versa est, quod ne tanquam possibile quidem  
cogitari possit, ut consuetudo simul etiam ad  
praeterita facta, vel res eiusmodi, iudicando  
applicari queat: contra omnino lex scripta 20  
certo respectu ad facta vel res praeteritas et  
praesentes, si nimirum de hoc expresse  
disponat, applicari potest. *L. 7. Cod. de leg.*  
*et constitution.*

Ponamus igitur, pro nata praesenti de 25  
foro heredum materia, casum: Quemdam  
hodie mortuum esse, qui quosdam vel ta-  
les omnes suos heredes reliquerit, qui aliàs  
foro



foro proprio, i. e. a foro defuncti plene diverso, vtuntur: ad tales heredes forum defuncti, aditione seu gestione (*vid. supr. §. 20.*) transiisse; quod, per se seu rebus iam stantibus, vnilateralis facti exportationis hereditatis (*vid. supr. §. 24 - 27.*) tolli non potest: sed cras, seu perendie, siue quocumque postero tempore, legem rogari, vt heredes hereditate exportata non amplius in foro transmissio defuncti, — sed in proprio tantum ipsorum foro, — conuenirentur; expressis aditis verbis: vt etiam ii omnes heredes, qui ante huius legis publicationem hereditatem quamdam adiissent aut se pro heredibus gessissent, eadem lege iudicarentur.

Quo in casu, *iuxt. L. 7. Cod. de leg. et constitution.* minime dubitandum est, quin et tales heredes, qui ante legem latam hereditate iam iam potiundo ius passiuum, in foro defuncti conueniri, susceperant (*vid. supr. §. 20. et 27. et infr. §. 29.*) nunc non amplius, hereditate exportata, in foro defuncti conueniri queant. Non obstante ceterum creditorum obiectione euentuali: Vt si sibi illud iuris actiui iam iam quaesiti, heredes nempe in foro defuncti conuenire quiuissent, a domino territoriali auferri nequeat; *arg. L. 11. L. 74.*



L. 74. et L. 75. ff. de reg. iur. CARPZOV.  
part. 3. const. 4. def. 41. n. 8. IDEM part.  
2. const. 22. def. 10. n. 4. propterea quod cum  
lex expresse fanciuit, vt etiam ii heredes,  
qui ante legem rogatam hereditate quadam  
aditione vel gestione potiti, eadem lege iu-  
dicarentur; tum quia ceterum ius quoddam,  
quod quidem contra alterum non nisi ex le-  
gibus communibus positiuis (sicut praesenti  
quaestione, Creditores contra Heredes) asse-  
quitur, proprie locutu non prius ius quae-  
situm appellari potest, quam id iuris ex ta-  
libus legibus competentis quisquis vere sibi  
vfu adpropriauerit, i. e. pro casu dato, ante  
legem publicatam Creditores contra Heredes  
in foro defuncti, actione per libelli oblatio-  
nem mota, citationem vere emissam curau-  
erint. Arg. ips. CARPZOV. part. 2. const.  
22. tot. def. 10. Cui accedit, quod leges non  
ad singularium personarum sed publicum bo-  
num dirigi conueniat; L. 8. ff. de leg. et quod  
princeps leges non nisi ratione sufficiente tu-  
lisse praesumatur, ita vt, in casu necessitatis,  
ius quin imo quaesitum cuiilibet auferre omni-  
no valeat. LVDWEL. Exercitat. ad Institut. 25  
disputat. 1. th. 13. lit. d. Extra casum neces-  
sitaris etc. iunct. BRVNEMANN. Com-  
mentar. in Cod. lib. 1. tit. 14. ad L. 1. verb.  
Observanda lex, quamuis dura.



§. 29.

Sed cur diutius morar? Cum eiusmodi lex dura atque iniqua, similisue consuetudo vniformis probata haudquaquam existat, vi cuius nempe creditores, exportata hereditate, nec in foro donicillii neque contractus defuncti conuenire debeant; tanto itaque magis rationes meae *supr.* §. 24 - 27. adductae stabiliunt:

*Ad III.* Forum defuncti, aditione  
 10 aut gestione, *iuxt.* §. 20. ad heredes transmissum, per vnilaterale factum exportationis hereditatis non cessare, nec creditores vi huius facti, heredes ad  
 15 ipsorum forum proprium actione persequi, moleste obligari posse.

§. 30.

*Secunda* Doctorum, cuius *supr.* §. 12. 21. et 22. mentionem feci, opinio hic loci, prout *supr.* §. 22. *in fin.* praedixi, tertium et postremum Tractationis obiectum est. Haec quidem *Ida* cum sententia mea *supr.* §. 20. contracta, sicut et cum *Illia* *supr.* §. 12. allata et hucusque tractata opinione,  
 in



in tantum pariter conuenit: vt scilicet forum defuncti, absque vilo discrimine, per aditionem seu gestionem ad heredes transeat. Sed contra in tantum id praecipui habet; vt forum scilicet defuncti transmissum hereditatis diuisione iterum cessare perhibeat. 5

Simulata huius arbitrii ratio *supr.* §. 21. *in fin.* iam iam allata est; vbi videre velis hanc *Idam* aequae minus, ac modo tractatu dimissam *Illtiam* opinionem, aliqua lege aut probata in vniuersum consuetudine, — sed potius sola vnilateraliter (ex parte nempe hereditum) ficta aequitate, — niti. 10

Verum autem ipsa mens sana, sine longae probationis ope, contra hanc opinionem loquitur: Si enim praecudicium illud Doctorum quorundam, hancce opinionem tuentium, paululum modo, suavis Lector! seponere velis; tunc sine dubio tibi in oculos incidet, quod ratio, cur post aliquos forum defuncti hereditatis exportatione cessaret, multo etiam fortior et rationabilior sit, quam haec, cur nuda hereditatis diuisione cessaret. *Vid. supr.* §. 23. Postquam vero satis, vt opinor, *supr.* §. 24 - 29. iam iam demonstratum est: quod ne hereditatis exportatione quidem (quae tamen in regula hereditatis) 15  
D 5 dita- 25



ditatis diuisionem demum sequitur atque hac  
 pinguior est) forum ad heredes transmissum  
 defuncti cesset; tantum abest, vt heredibus,  
 nuda et arbitraria hereditatis diuisione, fo-  
 5 rum ad se transmissum defuncti sua sponte  
 tollere liceat! Omnes enim rationes, quae in  
*dict.* §. 24 - 29. adductae contra opinionem  
 (sit venia verbo) Exportariorum inter-  
 uerunt, aequae saltem, nedum multo fortius,  
 10 contra opinionem Diuisionariorum aperte  
 militant. Repetas quaeso ac reputes tecum,  
 absque vlllo tamen perditio Doctorum quo-  
 rumdam praeiudicio repletus: breuitatis stu-  
 dio illuc conferam.

## §. 31.

15 Quae si cui tamen necdum satis illuxe-  
 rint; tantum saltem mihi largiatur: quod fo-  
 rum defuncti, etiam sine praeuia litis contra  
 defunctum pendentia, adicione aut gestione  
 ad heredes transeat. *Vid. supr.* 20. *et retro*  
 20 §. §. Huic adde casum admodum frequen-  
 tem: quod tota in paucis tantum Mobilibus  
 ad legatarium pertinentibus, — ceteroquin  
 non nisi in Nominibus ad heredes spectanti-  
 bus, — consistat hereditas. Quo casu he-  
 25 reditatis diuisio nulla est; cum nomina ipso  
 iure iamiam diuisa sint. *L. 4. pr. L. 25. §. 1.*  
 \*. *ff. famil. erciscund. et L. 6. Cod. famil. er-*  
*ciscund.*



*eiscund.* Quando, dic quaeso, nunc forum  
aditione aut gestione transmissum cessato? In  
hoc casu hereditatis diuisio nulla existit; con-  
sequenter et fori cessatio nulla; porroque pa-  
riter tali casu heredes foro defuncti ad se §  
translato subiecti maneant sequitur: minus  
autem, iuxta Diuisionariorum opinionem, eo  
casu, quo forsitan effoetus agerulus, ruino-  
sa domicula, aut siuile quoddam diuidendum  
hereditati ineffet, quibus nempe diuisis forum 10  
transmissum cessaret!

Aut alter ponatur casus, multo etiam fre-  
quentior: vnicam tantum personam heredem  
esse. Quo casu, cum vnica non diuidat,  
hereditatis diuisio nulla est; consequenter et 15  
vnicus heres foro defuncti translato subiectus  
maneant sequitur: minus autem eo, vt volunt,  
casu, quo plures personae heredes diuidentes  
adescent, quibus nempe diuidentibus forum  
transmissum iterum cessaret! O, trux quale 20  
absurdum --! *Add. supr. §. 23. verb. Cum  
tamen in omni disciplina etc.*

Ita et hic, intuitu allatae *Idae* Docto-  
rum opinionis, absque longiori disputatione  
de hoc ridiculo fori defuncti tollendi modo 25  
facienda, luculenter nunc demonstrauiſſe mihi  
videor:

*Ad*



*Ad II.* Forum defuncti, aditione aut gestione ad heredes, *iuxt.* §. 20. transmissum, per vnilaterale factum diuisionis hereditatis pariter non cessare; nec creditores vi huius facti, heredes ad ipsorum forum proprium actione persequi, moleste obligari posse.

## §. 32.

10 Quibus nunc peractis hic quaestio occurrere potest: Quando aliasnam, quam diuisione aut exportatione hereditatis, tempus veniat, vt forum defuncti ad heredes translatum tandem cesset?

15 Quis vero sibi ipse ad motam quaestionem respondere valebit, vbi rem arctius consideraturus facile reperiet: quod, cum nulum huius cessationis tempus in iure specialiter definitum sit, id non nisi praescriptum  
 20 Praescriptionis tempus esse possit, quo et aliae actiones iuraque agendi excipienduae cessare consuecant: cum tempus (excepto praescriptionum tempore) neque constituere neque tollere obligationem possit. *L. 44. §. 1.*  
 25 *ff. de obligat. et action.* OLDENDORP.  
*Syllog.*



Sylog. except. iunct. Tractat. de usucap. et  
praescription. pag. mih. 593. lin. 3. Idque non  
sine ratione: nam ex supra deductis satis ap-  
paret, quod forum defuncti ad heredes trans-  
missum non aliter, ac ipsorum proprium fo-  
rum, intuitu obligationum hereditariarum  
considerandum sit: Sicut igitur heredum pro-  
prium forum (sola domicilii, quod, NB. in  
propria persona, viuentes mutare possunt,  
mutatione excepta) intuitu propriarum obli-  
gationum, non prius finem habet, quam, --  
saluis praeter tempus ceteris legalibus tollen-  
di modis, -- actionibus competentibus rite  
praescriptum sit; sic et forum defuncti ad se  
transmissum intuitu obligationum hereditaria-  
rum non prius, quam actionibus ex talibus  
obligationibus oriundis praescriptum sit, finem  
habere potest: tantoque id magis in heredi-  
bus, quippe quidem qui proprium ipsorum  
forum domicilii, per mutationem domicilii  
personalissimam, -- minus autem forum, siue  
sit contractus siue domicilii, seu domicilium  
iamiam mortui, vtpote ratione immobilitatis  
post defuncti mortem mortuo ipsi simile, --  
mutare ac tollere valent; praeter casum ta-  
men expresse exceptum, quo hereditatem re-  
pudient. *Vid. supr. §. 26.*



## §. 33.

Quaestio coniuncta est: Num praescriptio actionum, ex obligationibus hereditatis contra heredes competentium, a tempore aditionis seu gestionis, aliove tempore, computandum sit?

Et aequè facile atque ad illam praecedentem responsum est quaestionem, sequenti facta tantummodo distinctione: An scilicet eiusmodi actiones contra ipsum defunctum (ex sua ipsius nempe, si adhuc viueret, obligatione oriundae) competant, vel num arbitraria defuncti dispositione, e. g. in legatis ac fideicommissis, vi nempe aditionis seu gestionis contra heredes competere demum coeperint.

Altero casu, quo scilicet actiones ex defuncti iam iam obligatione profiscuntur, verba legis 2. §. 2. ff. de verbor. obligat. Non enim ex persona heredum conditio obligationis immutatur; tam clara sunt, vt immediate inde sequatur: praescriptionem actionis non ab aditione gestioneue demum, sed statim iam tum ab incipiente ipsa actione illoque tempore computandam esse. Qui enim in ius dominiumue alterius, vti heres in defuncti, succedit, iure eius debet vti, L. 177. ff. de reg.



*reg. iur.* Ex qua eademque ratione etiam  
WERNHER. *tom. 1. part. 2. obseruat.* 399.  
BRVNNEMANN. *Commentar. ad ff. lib.*  
41. *tit. 5. ad L. 3. n. 4.* ECKOLT. *ad ff.*  
*lib. 41. tit. 3. §. 17.* et ceteri recte in genere 5  
probant: vsucapionem aut praescriptionem  
non ab heredibus demum existentibus, sed ab  
ipsa defuncti obligatione computari debere.  
Ceterum de hic loci occurrente et scitu ma-  
xime necessaria bonae malaeque fidei 10  
materia ceterisque praescriptionum rebus scitu  
necessariis optime habet ECKOLT. *cit. loc.*  
§. 13. et 21. Quam diu itaque actio contra  
defunctum, hic si vixisset, competiisset, tam  
diu quoque contra heredes duret necesse est; 15  
ita tamen, vt computatio temporis, ab orta  
ipsa actione facienda, in heredibus non nisi  
continuata ducatur; hi hereditate statim a  
morte defuncti, sin diu demum post (quod  
vnus eiusdemque hic facit) potiti fuerint. 20  
*Arg. L. 193. ff. de reg. iur.*

Altero autem casu, vbi nimirum actiones  
non ex defuncti iamiam obligatione, sed eius  
demum arbitraria dispositione, per aditionem  
gestionemue, in heredibus existeri coeperunt; 25  
res per se loquitur, nullam continuationem  
actionum a defuncto ductam cogitari posse,  
et consequenter hoc casu tempus praescriptio-  
nis



nis non nisi a termino aditionis gessionisue esse computandum.

## §. 34.

Summa consequentiae hucusque super foro heredum competente dictorum est, ut forum defuncti

*Ad I.* Non solum, aditione hereditatis gessionisue pro herede, absque discrimine ad heredes transeat, *vid. supr. §. 1-20.*

10 *Ad II.* Sed etiam nec hereditatis diuisione, *vid. supr. §. 30. et 31.*

*Ad III.* Neque hereditatis exportatione iterum cessare possit, *vid. supr. §. 21-29.*

15 sed ut potius illud idemque forum defuncti, ad heredes semel transmissum, in regula non nisi praescriptione actionum ipsarum cessare queat, *vid. supr. §. 32. et 33.*

20 Verum tamen haec omnia hac ex Tractatione mea discere quid forsitan cupienti plane insufficientia visa fuerint, sin minus fenestram ad



ad ea omnia rite applicanda simul patefacere: sine quo nihil tota Tractatio prodesset.

§. 35.

Generalem legem generaliter et sine restrictione interpretandam esse, est res notissima ac pulcherrime scripta in RICHTER, 5 *Tractat. de significat. adverb. Generaliter pag. mih. 296. verb. Deinde in iure etc.* Neque vero minus restrictio in lege deprehensa negligi debet. RICHTER. *citat. loc.* At, his positis positionibus nixi contemplamur, quod 10 in *Lege 19. ff. de iudic.* — qua lege tota de foro heredum competente nostra Tractatio nititur — sequens expressa scripta sit

RESTRICTIO:

Heredum non nisi in casu, quo in 15 foro defuncti, i. e. in eodem iurisdictionis territorio, inveniatur, ibi conveniri posse. *L. dict. 19. ff. de iudic. verb. Si ibi inveniatur.* 20

Quodsi igitur iuxta eius legis forique competentis heredum facienda est applicatio; simul et hanc legalem restrictionem ob oculos versantem observare debemus: quod nempe heredes coram foro defuncti, si ibi, i. e. in territorio eiusdem fori seu iurisdictionis, non 25 reperiuntur, pariter conveniri nequeant. 30

E

§. 36.



## §. 36.

Quae tamen legis restrictio minus sic sumi debet, vti perpetuo seu continenter in territorio fori defuncti reperiri deberent heredes, e. g. domicilium ibi vel saltem habitationem  
 5 habere, vt ibi conuenirentur: Namque ea interpretatio partim contraria legis contextui (cum de absentibus heredibus, eoque ipso consequenter non perpetuo praesentibus aut domicilium habitationemue ibi habentibus;  
 10 sit loquela) partim vsui loquendi aduersa esset; cum vox, inueniri, proprie et ordinarie de iis tantum personis dici soleat, quae perpetuo eodem loco non commorantur: sed  
 15 potius interpretatio ita facienda est rationalissima, sicut contextus verbaque *Legis 19. ff. de iudic.* aperte desiderant:

Vt nempe absentes, alias proprio foro vtentes, heredes eo tantum casu coram foro defuncti  
 20 conueniri possent, quando ibi, i. e. in illo territorio, inuenirentur.

## §. 37.

Dicta lex hic expressam, inter praesentes et absentes heredes, sistit distinctionem; cuius distinctionis ratio manifeste nulla  
 25 alia



alia est, atque ea: quoniam iudex extra iurisdictionis suae fines, praeter alienae iurisdictionis turbationem, neminem vsquam in regula coram se citare potest nec debet. *RI-VIN. ad O. P. S. tit. 4. enunc. 34.*

§

Alio ceterum modo absentes in doctrina de Praescriptionibus et Usucapionibus, alii absentes hic in tractatione de Foro dicuntur. Illic ratio distinctionis inter absentiam et praesentiam in praesumptione resp. ignorantiae et scientiae posita est: vnde ibi ii dicuntur absentes, qui in eadem prouincia, in qua cuiusdam rei praescribatur, non perpetuo praesentes sunt; *vid. LVDWEL. Exercitat. ad Instit. disput. 6. th. 5. lit. f. Absens autem hic dicitur etc.* Vbi autem tempus eiusmodi absentiae et quomodo duplicari solet, *vid. HEINECC. Institut. Edit. Esfor. lib. 2. tit. 6. §. 445. \** Hic autem, in materia nempe de foro, ratio differentiae resp. absentiae et praesentiae in occasione idonea, exteris alienisue heredibus citationem in territorio defuncti fori insinuandi, posita est; id quod contextus ipse manifeste cognoscendum aperit in *Leg. 19. ff. de iudic.*

25



§. 38.

Difficilior ea videtur differentia segreganda: Num naturalis seu corporalis aut ciuiliis hic fit subintelligenda praesentia?

Tanti refert differentia: Si ponatur, vt in  
 5 *L. 19. ff. de iudic.* sub voce, inueniatur, ciuiliis praesentia desideretur; tunc omnes ii heredes, qui quidem naturaliter adsunt, sed proprio et quidem priuilegiato foro vtuntur, e. g. ministri principis, clerici, aduocati etc.  
 10 quamuis naturaliter adessent, nec tamen in foro defuncti conueniendi forent; cum eo ipso, a suae habitationis iurisdictione liberati aliaque priuilegiati, pro ciuilitate absentibus reputari debeant, licet tali loco domum in-  
 15 habitarent bonaque cetera immobilia dominice possiderent. *Arg. L. 17. §. 5. et §. 13. ff. ad municipal. MEVIVS ad ius Lubec. lib. 1. tit. 2. n. 65 et 66. IDEM lib. 1. tit. 2. art. 2. n. 34 - 38.* Si autem ponatur, vt in *L. 19. ff. de iudic.* sub voce, inueniatur, nuda  
 20 naturalis seu corporalis, absque villa alia circumspectione aut distinctione, desideretur praesentia; tunc etiam naturaliter praesentes, quamuis simul ciuilitate absentes aut foro pri-  
 25 uilegiati, ceterique omnes - dummodo corporaliter adsunt - coram foro defuncti rite conueniri possunt heredes.

Sed



Sed palam est, quod in *dict. Leg.* 19. ff. *de iudic.* sub voce, inueniatur, solummodo naturalis seu corporalis subintelligatur praesentia: Namque vox, inuenire, post communem loquendi usum, non nisi naturalem seu corporalem praesentiam in aliquo loco existentiamque significat. Et si ipsum legis allatae contextum contemplemur; hic pariter manifeste, de naturali tantum praesentia nos docet. Ceterum in genere de praesentia in foro contractus conueniendorum, *vid.* BERGER. *Oecon. iur. lib. 4. tit. 4. th. 2. n. 1. at Canonico et hodierno iure etc.* BECHMANN. *Commentar. ad ff. volum. 1. part. 1. exercit. II. obseru. 14.* WERNHER. *Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 16.* LAVTERBACH. *Compend. ff. lib. 5. tit. 1. pag. mih, 102. In hoc foro etc.* In specie *vid. DD. alleg. §. 8. seq.*

§. 39.

Quamuis autem ex hucusque dictis luculenter appareat: quod heredes cuiusvis generis absentes, perpetuo nec ne in foro defuncti praesentes morati fuerint, ibi conueniri queant; nihilo secius non quaelibet heredum corporalis praesentia in foro defuncti, ad eos ibi illico conueniendos citandosque, sufficit: Quodsi enim heres absens in territorio fori defuncti corporaliter quidem inueniretur, sed



e. g. sine mora reuenteretur; tali casu eiusmodi perbreuis in foro defuncti heredis absentis commoratio insufficientis, vt inuento heredi illico insinuetur citatio, in iure reputatur;

5 ZANGER. *de Except. part. 2. cap. 1. n. 124.*

Quae tamen restrictio solum ad forum contractus, non ad forum domicilii, apud interpretes restricta legitur; ZANGER. *loc. citat.* eam ob causam fortassis, quoniam de-

10 fundus ipse, cuius locum nunc heredes tenent, pariter in foro contractus conueniri aut citari non poterat, in casu quo statim reuenteretur; ZANGER. *loc. citat. n. 126.* fidem NB. debiti a creditore adeptus. ZANGER. *loc. citat.*

15 *loc. n. 127.* Quodsi viator etc. WERNHER. *Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 17. n. 2.*

Consequenter plane aliter res, de praesentia eiusque diurnitate ceteraque qualitate, sese habeat necesse est, si

- 20 1) Defunctus in foro contractus a creditore suo fidem non obtinuerit; aut
- 2) Non tam protinus loco contractus recesserit; aut
- 25 3) Nequaquam de foro contractus, sed potius de foro domicilii defuncti, sit loquela.

Sequen-



Sequentibus paginis rem istam propius  
percontari stubebo.

§. 40.

Ad istam vero rem propius percontandam,  
cum tam indefinita mutilataque in libris hic  
et illic tantum dispersa reperiatur, multis in- 5  
termixtis falsis; ad bene notandum ante omnia  
id quilibet sibi magno opere inculcet quaeso:

Quod heredes loco defuncti suc-  
cedant (*L. 54. 59. et 62. ff. de reg.  
iur.*) et consequenter sub iisdem, 10  
nullisque aliis conditionibus et  
circumstantiis, atque ipse de-  
functus poterat, in foro de-  
functi conueniri queant.

Hac praemissa propositione semper ob ocu- 15  
los versante nixi duos nunc ponamus casus  
sequentes:

I. Vtrum heredes in foro contra-  
ctus (NB. sub contractu quoque quasi  
contractus et omnis obligatio, ubicun- 20  
que aliquis obligetur, quamuis non ex  
causa crediti debeatur, subintelligitur,  
*L. 20. ff. de iudic. RICHTER, part. 3.  
decis. 105. n. 23. in fin.*) defuncti?

E 4

II. An



## II. An in foro domicilii eius conueniri dicantur siue debeant?

*Ad I.* Ratione fori contractus monendum est: quod heredes, per aditionem hereditatis seu pro herede gestionem, duplex fori contractus genus adipisci possint:

a) Alterum genus, quo defunctus ipse uti plane nequibat, sed quod aditione seu gestione demum de novo in heredibus oritur. Id fori non aliis, ac legatariis et fideicommissariis, in heredes utendum competit; *vid. STRVV. Exercit. 9. th. 43.* Vbi sequentia obseruanda, ita

cc) Vt heredes conueniendi absentes in loco contractus (quis iste intuitu legatariorum et fideicommissorum sic? *vid. STRVV. citat. loc.*) corporaliter praesentes esse debeant, eo tempore, quo sibi citatio insinuanda; *arg. L. 19. ff. de iudic. iunct. supr. §. 38. in fin. allegat. DD.* quia insinuatio citationis in alio alieno territorio, praeter iurisdictionis turbationem, fieri nequit;



quit; RIVIN. *ad O. P. S. tit. 4. enunc. 34.* quamvis vterque iudex ac iurisdictionis vtriusque territorium sub vno eodemque domino territoriali essent; ZANGER. *de Exception. part. 2. cap. 1. n. 169. vid. hic HOMMEL. Rbapf. Vol. I. Observat. 251. n. 4.* Et citatio subsidialis ad primum terminum fori contractus hodie extra vsum est. BRVNNEMANN. *Commentar. ad ff. lib. 5. tit. 1. ad L. 19. n. 18. in fin. STRVV. Exercitat. 9. th. 42.*

Vide tamen hic casus exceptos, quibus hodiernum quis ad forum contractus absens subsidiarie citari potest, in BRVNNEM. *loc. citat. n. 16. iunct. WERNHER. in Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 15. Excepto casu etc. CARPZOV. Process. tit. 3. art. 2. n. 22. 27. et 28. BARTH. Dissens. in prax. 784. n. 4. ad WERNHER. citat. vid. quoque RIVIN. ad O. P. S. tit. II. enunc. 9.* Hic autem loci, intuitu nempe exceptionum, quibus quis absens ad forum contractus subsidiarie citari possit, necessario



cessariò vid. ZANGER. *de Exception. part. 2. cap. 1. n. 179. seq. n. 181. seq. n. 188. seq. n. 195. seq.*

- §       β) Vt haec praesentia corporalis, aliàs absentis heredis, suscipiendae alicuius expeditionis gratia esse debeat. LVDOVIC. *ad ff. lib. §. tit. 1. §. 17. iunct. BRVNNEM. citat. loc. n. 14.* Si enim heres ad locum contractus quidem venerit, sed non expeditionis cuiusdam gratia, e. g. tantum per locum transferit, aut prandium vel coenam, hospitiumue nocturnum tantum sumferit; talis perbreuis, vel potius nulli expeditioni destinatus, nudus transitus ad legalem citationis insinuationem, posito casu, non sufficit. BECHMANN. *Commentar. ad ff. volum. 1. part. 1. exercit. II. observ. 14.* CARPZOV. *Process. tit. 1. art. 2. n. 19. et 20. iunct. ZANGER. de Exception. part. 2. cap. 1. n. 126.* Existens expeditio tamen a praesentis deprehensi heredis arbitrio dependisse debet, et minime a fortiori alia directione: qua de re e. g.



e. g. heredi transeunti, qui loco contractus morbo adfectus et consequenter inuitus diu ibi detineatur, aut heredi ad testandum eo vocato, vel tanquam militum con- 5  
quisitor aut legatus etc. misso, in-  
uito citatio in loco contractus,  
ad fundandum iurisdictionem, mi-  
nime obtrudenda est; ZANGER.  
*de Exception. citat. loc. n. 127.* 10  
*quod ipsum tamen intellige etc.* Et  
cum arresta species executionis sint,  
CARPZOV. *Process. tit. 21. art.*  
*1. §. 1. et 2. n. 1. usque 9.* RI-  
VIN. *ad O. P. S. tit. 51. enunc.* 15  
2. tanto minus posito casu ar-  
restum seu sequestratio concedi de-  
bet: Quamuis alias, praeter da-  
tos casus, privilegium de non  
euocando seu reuocandi do- 20  
mum, a foro contractus haudqua-  
quam liberet. STRVV. *Exercit.*  
*9. th. 42. in fin.*

γ) Vt, in casu, quo heredes absens  
in loco contractus ad accipiendam 25  
citationem ne se exhiberet, ope-  
ram forte dederit, sed tamen ta-  
bernarn, pergulam, armariam,  
officinam conductam habuerit, aut  
alia



- alia bona ibi possederit immobilia,  
tunc haec tam diu, vsque dum se  
iurisdictioni fori contractus submis-  
sum veniat, adque ius accipien-  
dum se obliget, arresto seu seque-  
stro detineri iure queant. STRVV.  
cit. loc. WERNHER. *Manual.*  
ff. lib. 5. tit. 1. §. 16. in fin. RICH-  
TER. part. 3. decis. 105. n. 35.  
10 Sicut etiam tali casu simpliciter in  
subsidium (seposito nempe arre-  
sto) citari posse absentem conten-  
dit BRVNNEMANN. *Commen-  
tar. ad ff. lib. 5. tit. 1. ad L. 19.*  
15 n. 16. (4.) Cui adde BARTH.  
*Dissens. in prax. 784. n. 4.* Reli-  
quos casus, quibus quis hodie-  
num absens ad forum contractus  
subsidiarie citari potest *vid. supr.*  
20 *ad litt. c) citat. DD. in fine.*

- b) Alterum genus fori contractus est,  
quo ipse defunctus iamiam utebatur,  
et quod ab heredibus tantum, per  
aditionem gestionemue susceptum,  
25 continuatur; *vid. supr. §. 20. in fin.*  
*et §. 9.* Huius generis fori contra-  
ctus tota eadem ratio ac conditio est,  
atque illius modo tractatu dimissi *ad*  
*litt. a) sub c) β) γ)* praeterquam  
quod



quod hic *ad litt. b.* non nulla notatu digna superaccedant, velut:

α) Oriebatur *ad litt. a)* forum contractus (proprie, non defuncti, sed heredum) tantummodo ex quasi contractu hereditatis aditionis. Hic autem *ad litt. b)* forum contractus ex eodem quasi contractu quidem cooritur, sed tamen non nisi respectu obligationis ad heredes relatae; cum per se et respectu defuncti ante aditionem seu gestionem iam iam extitit. Vnde venit, ut hic *ad litt. b)* forum contractus (proprie forum defuncti contractus) non quasi contractibus solum, sed veris etiam et in regula quibusuis ceteris obligationibus defuncti oriatur seu niti possit. *Arg. L. 20. ff. de iudic. RICHTER. citat. part. 3. decis. 105. n. 23. in fin.*

β) Quis locus contractus, respectu fori contractus *ad litt. a)* iudicandus et quotuplex iste sit? id iam iam *supr. ad a)* citat. STRVV. *Exercit. 9. tb. 43.* clare explicat euoluendus, Hic vero *ad litt. b)* ad



ad duas potissimum circumstantias respiciendum est:

- 5 1) Ante omnia is respiciendus locus, quo contractus exitum, finem, implementum adipisci debeat, i. e. vbi traditio seu quaelibet praestatio facti aut rei (si scilicet eiusmodi in quaestionem veniat) vel vbi solutio;
- 10 in sensu latissimo sumenda (si nimirum haec in quaestionem veniat) fieri debeat. Quodsi autem horum neutrum, ne per praesumptiones quidem, posset cognosci; tunc demum
- 15 2) Id respiciendum est, quo loco vtriusque partis consensus coniunctus est, e. g. vbi litterae acceptae, sicque ibidem contractus celebratus esse censetur.
- 20

Ex quibus duabus circumstantiis, successiue sumtis, semper locus quis sit contractus certe cognosci potest.

25 *Vid. STRVV. citat. Exercitat. 9. ib. 40. et 41. LVDOV. ad ff. lib. 5. tit. 1. §. 16. iunct. ad n. 2. RIVIN. ad O. P. S. tit. 11. enunc. 10. LYNKER. decis. 1002. Duabus his circumstantiis ego tertiam addo,*

3) Vt



3) Vt caueas, ne locum contractus cum foro contractus confundas, quandoquidem forum contractus semper quidem, in sensu iuridico, locum contractus — minus autem vice versa — semper denotare potest: Sic e. g. homo quidam Ilmenauiae habitans, sed forum domicilii sui, tanquam privilegiatum, apud Regimen Vinariae sortiens, quamuis hic Ilmenauiae contractum celebrauerit, tamen non hic tanquam in loco contractus, sed omnino Vinariae in foro domicilii, conueniri debet. Quo inde sequitur, vt, in collisione loci contractus cum foro domicilii, tunc actio, — nisi aliud expresse et rite conuentum fit, — non in loco tanquam aliàs foro contractus, sed solummodo in foro domicilii institui debeat.

Ceterum, an quis in persona, aut per mandatarium particularem (minus generalem) vel per institorem, hodie factorem dictum, alicubi contraxerit, nullius refert momenti. BRVNNEMANN.  
*Commentar. ad ff. lib. 5. tit. 1. ad L. 19. §. 24. et 25.* γ) Fo-



- 7) Forum contractus in totum, ergo et defuncti forum contractus ad heredes transiens, cessat vel potius existere plane non incipit:
- 5 1) Si aliud inter contrahentes expresse conuentum; aut
- 2) Si non ad implendum, sed rescindendum contractum seu obligationem, agitur; et
- 10 3) Si quis cum aduena statim discessuro, NB. fide de pretio habita,
- (secus igitur, fide non habita; ubi quin imo contra tales debitores, tanquam fugitivos, sequestrum conceditur; velut plerumque inter caupones et hospites etc.)
- 15 obligationem qualemcunque contraxerit. *Ad h. n. 1) 2) 3) vid. LAVTERBACH. Compend. ff. lib. 5. tit. 1. pag. mih. 102. verb. Cessat etc. WERNHER. Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 17. BERGER. Oecon. iur. lib. 4. tit. 4. th. 2. n. 2.*
- 20
- 25 4) Si de constituto, absque tamen loco solutionis adiecto, aut de dote



dote accepta, quaestio emergit.

STRVV. *Exercitat. 9. th. 44. iunct.*

*th. 41.*

*Ad II.* Ratione fori domicilii defuncti tanta non dantur momenta difficultatesque, 5  
quanta ratione fori contractus *Ad I.* dabantur: sequentes §. §. testabuntur.

§. 41.

In casu, quo heredes in foro domicilii defuncti conuenturi sumus, hi pariter quidem corporaliter praesentes esse debent, vt iis 10  
citatio, ad fundandam iurisdictionem, insinuari queat; partim quia *Lex 19. ff. de iudic.*  
in genere, et sine restrictione ad forum modo contractus, de absentium heredum praesentia loquitur; quae legis generalitas sequenda; 15  
RICHTER. *de Significat. adverb. Generalizer pag. mib. 296. verb. Deinde in iure etc.*  
partim quia et iudex ex aliis territoriis, praeter turbationem alienae iurisdictionis, neminem citare valet; RIVIN. *ad O. P. S. tit. 4. 20*  
*enunc. 34.* licet vterque iudex ac iurisdictionis territorium sub vno eodemque Domino territoriali essent; ZANGER. *de Exception. part. 2. cap. 1. n. 169. vid. tam. §. praec. 40.*  
*ad I. litt. a) α) ibique HOMMEL. citat.*

Verum tamen, cum notorie coram foro 25  
domicilii defunctus ipse omni tempore citari  
potuit

F



poruit, absque subtili illo momento (velut intuitu fori contractus) demum expectando, num scilicet diu aut breuiter, expeditionis gratia, nec ne, praesens moraretur, *vid. 5 praeced. §. 40. ad litt. a) et b)* heredes autem in omne ius defuncti succedant; *vid. dict. §. 40. verb. Quod heredes loco defuncti etc.* inde manifeste sequitur:

Ut in hoc altero casu *Ad II.* heredibus citatio, quoque absque discrimine breuis aut diutinae, qualificatae aut inqualificatae praesentiae, simul ac nempe quocumque modo praesentes sint in foro seu territorio iurisdictionis domicilii defuncti, rite insinuari conuentis queat; et si sic citati accipere nolunt citationem, tunc tanquam contumaces ac de fuga praesumptiue suspecti arresto detineri possint.

Et simul ac tantummodo prima citatio iis in persona rite insinuata est; inde litis iuris hodie in causa oritur pendentia, lisque perpetuatur. ZANGER. *de Exception. part. 2. cap. 13. n. 122.* SVENDENDOERFER. *ad FIBIG. pag. mib. 328. et pag. 330. n. 182.*  
STRVV.



STRVV. *Exercit.* 46. *th.* 5. *n.* 3. A qua litis pendentia differt litigiosum; quippe in iudiciis realibus et in rem scriptis aequè quidem nuda citatione, — in personalibus contra non nisi litis contestatione, — litigiosum **S** oriri notum est. STEPHAN. *Commentar. ad Nouell.* 112. *n.* 3. STRYK. *Annotat. ad LAUTERBACH. Compend. ff. lib. 44. tit. 6. Licet sit realis.*

§. 42.

Posito autem casu, quo heredes ad fo- **10** rum seu locum domicilii defuncti corporaliter non accederent, vt ad citationem iis insinuandam ibi non reperiantur? tunc hic *Ad II.* ratione fori domicilii defuncti, eos absque discrimine, quin imo ad primum terminum **15** et per primam citationem, abentes in subsidium citari licet. BERGER. *Oecon. iur. lib. 4. tit. 4. th. 3. ita tamen vt absens in subsidium citari possit.* EIVSDEM *Supplement. E. D. F. part. 1. pag. 19. n. 2. iunct.* **20** CARPZOV. *part. 1. constit. 2. def. 27. et 28.*

Ratio differentiae, cur hic *Ad II.* in quaestione de foro domicilii defuncti, heres absens in subsidium, minus vero regulariter *Ad I.* in quaestione de foro contractus defuncti, **25** citari possit, in aprico est: Namque cum ipse defunctus ad forum contractus regulariter in **F 2** sub-



subsidium citari nequiret; *vid. supr. §. 40. litt. a) α)* *Et citatio subsidialis etc.* ergo nec heredes, locum defuncti tenentes, hic regulariter in subsidium citari possunt. Quae res  
 5 secus se se habet in quaestione de foro domicilii defuncti; ubi ipse, consequenter et heres eius, omni momento, — quid quod? si copiam sui non exhibiturus forte excessisset, aut alioquin per fatum lateret,  
 10 per Edictales, — citari poterat. Vid. BERTSCH. *Prompt. iur. Citatio edictalis n. 1. 2. 3.*

Sicut et ceterum palam est, quod talibus exceptis casibus, quibus ipse defunctus absens ad forum CONTRACTUS in subsidium et resp.  
 15 edictaliter citari quibat (quosque exceptos *vid. post supr. §. 40. sub litt. a) α)* WERNHER. *Manual. ff. lib. 5. tit. 1. §. 15. Exceptio casu etc.* BRVNNEMANN. *Commentar. ad ff. lib. 5. tit. 1. ad L. 19. n. 16.*  
 20 CARPZOV. *Process. tit. 3. art. 2. n. 22. 27. et 28.* BARTH. *Dissens. in prax. 784. n. 4.* — sed praecipue videatur hic loci ZANGER. *de Exception. part. 2. cap. 1. n. 179. 181. 188. 195. seq. --*) quod inquam  
 25 talibus exceptis casibus pariter etiam heredes, defuncti locum tenentes, ad forum contractus eiusdem defuncti in subsidium et resp. edictaliter citari quire necessaria sit consequentia. —



§. 43.

Breuiter itaque repetendi gratia, quod inter casum, quo heredes *Ad I.* in foro contractus defuncti — aut quo *Ad II.* in foro domicilii defuncti conueniri debeant, potissimum habeatur discriminis, obserua illud 5 quod:

*Ad I.* Ratione fori contractus, in genere,

- 1) In loco contractus, recipiendae citationis causa, heredes in regula corporaliter praesentes esse oporteat; *10*  
*vid. supr. §. 39. et 40. litt. a) sub*  
*α) iunct. litt. b)*
- 2) Quod haec praesentia heredum in loco contractus morae et expeditionis alicuius esse debeat; *15*  
*vid. supr. §. 39. et 40. litt. a) sub β) iunct.*  
*litt. b)*
- 3) Et quod heredes ad forum contractus regulariter in subsidium citari nequeant; *20*  
*vid. supr. §. 40. litt. a) sub α) iunct.*  
*litt. b)*

*Ad II.* Ratione fori domicilii defuncti,

- 1) Quod hic heredes etiam quidem certo respectu praesentes esse necesse sit; *25*  
*vid. supr. §. 41. princip.*
- 2) Sed



2) Sed quod eiusmodi praesentia partim  
absque vlla, ad moram aut expeditio-  
nem aliqualem, admitta restrictione  
hic considerari possit; *vid. supr. §. 41.*  
5 *in med.*

3) Et partim quod hic quin imo absque  
discrimine in subsidium heredes ab-  
sentes citari omnino queant; *vid.*  
*supr. §. 41.*

10 Reliqua omnia, si animum accurate attende-  
ris, clare tractata singula superioribus §. §.  
suo quoquo loco reperies.

## §. 44.

Postquam tandem hucusque omnia, quae  
dicta digna fuere,

15 1) De transmissione fori defuncti  
ad heredes,

2) De istius fori duratione in he-  
redibus,

20 3) De ratione istud rite appli-  
candi,

cum ceteris praemittendis et coniunctis dixi,  
illustravi ac probavi; hancce meam nunc,  
velut arcem fatis munitam, quietus prae in-  
vidis



vidis oppugnatoribus, concludere possem  
Tractationem.

Sed illud adhuc reliquum est, vt nihilo  
minus bene fatear neque non ignorem, me  
passim fatum esse, quibus hic vel ille carus 5  
vtriusque iuris Doctor et quin imo Praxis  
ipsa alicubi minus assentiat. Verum ta-  
men assentari mihi audeo, de his saltem quae  
dissentum forte alant, vt decet hominem ra-  
tionalem, semper rationalissima, auctoritate 10  
quoque Legum ac Peritorum suffulta, de-  
legisse.

Si igitur non omnes oratione mea dele-  
ctauerim vbique; singulus hinc sibi, quo de-  
lectetur, depromere lubeat, aut si mauult 15  
totam Tractationem per me reponat.

Ceterum amicis mihi humanisque sapien-  
tibus Lectoribus -- et his praesertim, qui-  
bus hos dicaui labores -- libenter fateor,  
me minime (vt modo apparenter prae me 20  
forte tulerim) vsque eo esse efflatum, vt  
mihi imaginarer, ne ex parte quidem me  
falli potuisse: Nihilo secius illud me semper  
manet solamen, et Collegia quoque me  
longe doctioribus repleta viris, Facultates 25  
iuris ac Scabinatus, velut dissensus in  
iure



iure manifeste aequae ac lugubriter testantur, errauisse, et, quod me attinet, in hoc praesenti tractato iuris argumento, non minus frequenti ac difficili, tanquam probum hominem pro conscientia, atque ut spero nihil unquam Rationi, apud tam multos alias in fidei syncretisticae vinculis genti, me scripsisse contrarium,













Ko 2285

VD 18

ULB Halle

3

005 713 404




*M*


















B.I.G.

Farbkarte #13

TRACTATIO  
DE  
FORO  
HEREDVM  
COMPETENTE

PRAXIN  
DOGMATI  
CONTRARIAM SOLIDE EVVLSVRA.  
A  
HENR. ELIA GOTTL. SCHWABE.

EDITIO II. VBIQVE AVCTIOR ET  
EMENDATIO.

GISSAE ET LIPSIAE,  
APVD IOANN. CHRIST. KRIEGER,  
MDCCLXXXIV.